¶ Verba ꝑdicte orationis sūt satis clara hīstoriā q̄ exordiū circūcisionis narrat ostendēti. deus enī dedit sacrm circūcisionis abrahe anteq̄ ysaac nasceretur. ut habetur gen. xvij. et in eodem otextu ꝑnūciauit ei nativitatē ysaac futurā. et statī post ꝑceptū supradictū. abrahā quasi centenarius circūcidit se. circūcidit et hysmahel filū suū qui tūc erat. xiij. annoꝝ et totā familiā. ysaac aūt nō fuit tunc circūcisus cū nondū essꝫ natus. ꝫ m. viij. die post nativitatē sui am quod erat tpus ꝓprium a deo ꝓsignatus circūcisus fuit. ex quo ysaac dr ex utero sanctificatus. qꝛ abrahā erat iā circūcisus antequā ysaac genuisset. qō nō ꝑt de abrahā et hysmahel intelligi. vnde cū dicitur deus sanctificauit dilectū ex utero et ꝑceptū in carne sua posuit. ouīter intelligitur de ysaac rōne ꝑdcā. Alia vero otēta in ꝑdcā oratione clara sūt et vera. Aliud vero qō dicis q̄ ex ꝑdcā oratione nō hētur q̄ infti erāt sepati a dīna visione post mortē ꝫ solū q̄ eruentur ꝑ circūsionē ab inferno. Cōcedo tibi nec ego illā orationē induxi ad hoc ꝓbandū. ꝫ solū ad primū scz q̄ pueri qui adhuc sūt innocentes cum sint in. viij. die nativitatis sue eruūtur ab inferno ꝑ sacramentū circūcisionis. q̄ aūt iusti quātūcūq; sancti ante aduentū messie fuerūt a paradiso et ꝑ osequēs a diuina visione sepati ex aliis autoritatibꝫ possēs habere.

¶ Capitulū. iiij. in quo inducūtur alie autoritates ex quibus cōprobatur q̄ sancti antiqui testamenti post mortē nō ibāt ad paradisū ubi est est locus beatoꝝ nec etiā ad iehēnā. sed ad quendā locū qui a doctoribꝫ hebreoꝝ suburbiū padisi vocatur. nō obstāte q̄ ꝑdicti sancti decessissent ab hac vita mūdi non solū a peccato actuali ꝫ etiā originali.

// Saulus.

Allega michi illas rogo. ¶ Paulus.
¶ In glosa sup gen. que vr bereschi Rabba sup illud
vbū hec sūt gnacōes celi et tre cū crearētur ꝛc. gen. ij.
Quidā ex antiquis doctoribꝫ dicit ꝙ res in pmordio fuerunt
create a deo ꝑm plenitudinē seu pfectionē suā. et gñ peccauit
adam diminuta sūt et corrupta. et ulterius nō erūt reuertentes
ad decētē statū donec veniat filius phares de quo fit mētio
Ruth ultio cū dicit. iste sūt gnacōnes phares. p filiū aūt
phares intelligit messiam qui de phares descendit. qui quidem
Rabi seu doctor fundat ibidem intentionē suā in quadā
cathagraphia ītali fic. nam ista dictio toldoch in hebrayco
significat idem qđ generacōnes in latino. que quidē dictio sicut
et multe alie ꝺsueuerūt in hebrayco scribi duplicit. vno
modo plene et hoc cū interponūtur in dictōe ītre vocales que
ad hoc cōmuniter requirūtur. Alio modo scribūtur dictōnes
diminute et hoc cū non interponūtur vocales ꝺuēter requisite. quo posito scrutanti scripturas sacras hebrayeas manifeste patet ꝙ hec dictio tholdoch scribitur plenarie solum in
duobꝫ locis. quoꝝ vnus est cū dicitur hec sūt gnacōnes celi
et terre gen. ij. qđ fuit dēm añ pcēm ade. Scđus vero est cū dicitur hec sūt gnacōes phares ruth ultio. ¶ Iste due toldoch
seu gnacōes solū scribūtur plenarie sc; cū oīibꝫ vocabulis
requisitis. Alie vero toldoch ubicūq; scribūtur diminute scribūtur. quia in qualibꝫ deficit vna ītra vocalis qūe requireb at
ad hoc ꝙ esset plene scripta. ut cū dicitur. hic est liber gnationis adam gen. j. Et hec sūt gnacōnes noe gen. vi. Et hec
sūt gnacōes filiorꝫ noe. gen. x. Et hec sunt gnationes Sem.
gen. xi. Et hec sūt gnationes ysaac. gen. xxv. et sic de ceteris
que omnes scribūtur diminute ꝓterq; ꝓdicte due. Ex quo cōcludit doctor ꝓdictus ꝙ dictū est sc; ꝙ res būane et homo in
sui creacōe fuit in sua pfectōne creatus et post peccatū diminutus et sic fuit usq; ad filiū phares. i. messiā. ¶ Saulus.
¶ Hec cōclusio nō sequitur ex illis ꝑmissis. licz enī qñq; hec
dictio nō scribatur plene qñq; diminute in scripturis non tamē ex hoc de necessitate sequitur id qđ concludis. ¶ Paulus.
¶ Licz conclusio nō videatur sequi de necessitate ītre ūt tu dicis
michilominus tenenda est aūctate doctoris cōcludētis. ꝑsertim cū tui doctores antiqui illa que fuerūt sibi tradita a pphetis applicabāt quibusdā mutacōnibꝫ seu sigmis aut figuris

in sacris eloquijs contentis, put tu nosti frequēter faciūt. fuerūt et alij Rabini seu doctores huic sententie coformes qui dicūt q̄ omnes prēs fuerūt in suburbanis padisi usq; ad aduētū filij dei. ¶ Saulus.

¶ Dic michi qui sūt alij doctores nri hui sentiētes ut ex multoꝝ testimonijs intētio tua firmius fundetur. ¶ Paulus.

¶ Quidā doctores tui de hac materia loquētes asserūt q̄ prophete et sancti prēs antiqui testamēti descēdebant in inferno post hāc vitā qđ̄ probāt p hoc. nā abrahe fuit dēm a deo genē. xv. tu ibis ad prēs tuos. ex quo arguit Ra. rabamay. q̄ oēs prēs abrahe fuerunt ydolatre ut pt; Josue. xxiiij. sequitur q̄ abrahā qui ad illos prēs iuit post mortē descēdit ad infernū ubi prēs sui erāt. Idē dicūt de ysaac de quo dr genē. xxxv. defunctus est ysaac et mortuus et additus est ad pplos suos. Idē de Jacob genē. ult. Idē de dauid. iij. Re. ij. Et dr quia dauid cū pribus suis. ex quibus satis probatur q̄ prēs sancti antiq̄ testamenti post mortē nō ibāt ad padisū ubi deus vidr beatifice a sanctis. ꝫ pribus suis aggregabātur. quoꝝ multi de pmis fuerūt ydolatre ut dictū est. ¶ Saulus.

¶ Iste doctor quē allegas crudelissime se hr̄ contra scōs nros antiqui testamēti. Condemnat enī abrahā ad infernum asserēs q̄ iuit ad prēs suos post mortē scz ad thare qui fuit idolatra. et sic ex dcō isti? si sic intelligatur ut tu vis. seq̄tur q̄ pr̄ abrahā. sci pr̄iarche ab eo descēdētes post mortē nō solū fuerūt sepati a diuina visione. ꝫ etiā fuerūt in inferno ubi nulla est redemptio ubi fuit thare et alij ydolatre p̄decessores eorum qđ̄ est omnino absurdū. nec sic credo q̄ sit dsentaneū doctrine tue catholice. ¶ Paulus.

¶ Absit q̄ ꝫm veram doctrinā catholicā abrahā nec p̄dicti sancti pr̄iarche in infernū descendissent post mortē sic thare et alij similes qui fuerūt prēs abrahe ꝫm carnē. ꝫ si bñ scripturas de hoc loquentes scrutatus fueris repies q̄ abrahā et pr̄iarche isti post mortē nō fuerūt in inferno ubi est locus damnatoꝝ nō tñ ascēderūt in celū ubi est locus btoꝝ ꝫ fuerūt in inferno nō in loco penali sic damnati ꝫm loco ubi q̄uis diuina visione carebant. nullā tamē iehennalē sentiebant penā. erāt ibi etiā securi de visione diuina beatifice hñda. qui quidē locus apud tuos doctores vocatur suburbiū padisi ut dictus est. apud nros vero limbū quenomia lr diūsa idē significāt

ut dictum est. ¶ Saulus. ¶ Indica michi quō scripturas scrutando hoc qđ dicas reperiā. ¶ Paulus.

¶ Ꝙ aūt abrahā qui fuit p̄mus in publicacōe vere fidei ut dictū est. nō iuit ad locū beatoꝝ statim post mortē satis patet p illud verbū supā allegatū sc̄z cum a deo fuit sibi dictū. Tu ibis seu ingredieris ad p̄res tuos. ostat aūt ut iam dictū est q̄ patres ipīus abrahe deos alienos coluerūt ut supra allegatū est. et sic ex hoc q̄ dicitur. ingredieris ad patres manifeste intelligitur q̄ abrahā post mortē nō erat iturus ad locū beatoꝝ. nō enī ibi erāt p̄res eius ꝫ in hoc q̄ statim subditur. in pace. habetur manifeste q̄ abrahā nō erat iturus ad locū damnatoꝝ ubi nulla est redemptio nec p̄ sequēs pax. Si enī impīus in hac vita existentibꝫ nō est pax. ut habetur y sa. xl vii. cap̄lo. in p̄sona quoꝝdā p̄salmista dicebat. Non est pax ossibꝫ meis a facie peccatoꝝ meoꝝ. quāto magis impīus qui post hāc vitā iam in termino damnacōis existunt nulla possit esse pax. Nichil enim habent nec exspectāt habere qđ suū appetitū quietet. vñ ex hoc q̄ fuit dictus abrahe q̄ iturus seu ingressurus erat in pace necesse est dicē q̄ abraham post mortē q̄uis nō statim iuit ad locū beatoꝝ. tñ nō ad locū damnatoꝝ post mortē erat iturus ꝫ potius ad locū pacificū ut dictū est. Et sic exista p̄nunciacōne abrahe facta sane intellecta hēs manifeste q̄ abrahā post mortē non iuit ad infernū inferiorē put sig nificat locum damnatoꝝ. de quo p̄s. Eruisti aiam meā de inferno inferiori. ꝫ ad locū a pena immunē et securū de beatitudine habenda. q̄ in pace de qua pace y sa. lvij. veniet pax requiescet in cubili suo qui ambulat in directione. pax enī nō habetur nisi ubi appetitus quietatur. Idē dicendū est de alīs p̄triarchis. ¶ Saulus.

¶ Licz abrahe fuit dictū q̄ essꝫ iturus in pace post mortē. nō tamē alīs p̄triarchis legitur hoc dictus fuisse. et sic ex dicta autoritate nō potes ꝯcludē q̄ de alīs sanctis sit idē dicendū in hac materia sicē de abrahā. ¶ Paulus.

¶ Licz de y saac nō fuit dictū q̄ esset iturus in pace tamen de ipō defuncto legitur. et additus ē ad ꝑplos suos geñ. xxxv. qđ intelligitur de abrahā et alīs qui in suo sinu seu receptaculo erāt qui erāt in pace cū abrahā ut dictū ē. vnde nō oportebat repetē in quolibꝫ successiue qđ erat iturus in pace. sed sufficiebat dicē q̄ iret ad populū suuz vel cum patribꝫ suis

additus seu aggregatus est. ex quo iam ibi erat abrahā collocatus tanq̄ pr̄ fidelīū cui exp̄sse fuerat dictū. Ibis in pace ut dictū est. ¶ Saulus.

¶ Licz abrahā fuisz vnus de sanctis pr̄iarchis nō tn̄ fuit p̄mus eor̄. por enī fuit adā et noe et alij sancti qui abrahā p̄cesserūt. ideo nō vidr̄ rō quare abrahe soli fuisz dictū. ibis in pace. et nulli alior̄ p̄cedentiū. ¶ Paulus.

¶ Quāuis alij sancti p̄cesserūt abrahā in tpe tn̄ inter oēs sanctos abrahā fuit p̄mus in sepando se a cetu infidelīū. ut habetur gen̄. xij. silr̄ in publicādo nomē dn̄i ut ibidē. fuit ec̄ p̄mus in recipiēdo signaculū fidei in circūcisione. gen̄. xvij. fuit etiā p̄mus in recipiēdo a deo p̄missionē de messia venturo gen̄. xxij. silr̄ fuit p̄mus in habendo sepulturā sepatā ab infidelibz gen̄. xxiij. vnde non immerito fuit abrahe exp̄sse denūciata pax post mortē ut ex illa alijs ei adhērētibz intelligeretur cedi. et ideo sm doctrinā sanctā sūmi magr̄i nr̄i sanctor̄ requies fuit abrahe dr̄ eo q̄ sibi fuit pax post mortē denūciata in qua fideles olim requiescebāt ut dictū est.

¶ Saulus. ¶ Cū enī abrahā et alij iusti qui p̄cesserūt aduentū tui messie ab hac vita migrauerūt in statu iusticie ut ex testimonijs scripturar̄ patz. nec etiā in eis fuit macula originalis peccati cū p circūcisionē ab eo mundabātur ut tu āsseris. nō vidr̄ ergo ratio quare hmōi sancti nō statim intrarent regnū celeste post mortē sz in suburbio paradisi detinerētur. ut supdcm ē. legitur enī .pū. xi. Seminānti iusticiā merces fidelis. que quidē merces iusticie habetur in introitu regni celestis. nō ergo pribz iusticiā seminātibz detinēnda esset seu retardanda eor̄ merces. ¶ Paulus.

¶ Ab ingressu regni celestis nō solū impediebat peccatum singulor̄ sz etiā pēm omune totius nature hūane qđ ē peccatū p̄mi pentis. Legitur enī gen̄. iij. q̄ post pēm p̄mi parētis collocauit deus cherubim et flammeū gladū atq; versatilem ad custodiendā viā ligni vite. et quia licz quilibz sanctus p opa iusticie purgabatur a pēcō quātū ad emūdacōnē p̄prie psone. nō tn̄ alicuius fides vel iusticia sufficiebat ad removendū impedimētū qđ erat p reatū totius hūane nature. qui quidē reatus p passionē xp̄i vniūsaliter remotus ē. vnde ysa. supr̄. lij. Deus imposuit in eū peccatū oīm nostrum. Ideirco sancti usq; ad passionē eius fuer̄t impediti ab ingressu

celestis glorie· et hoc est quod doctores tui asserūt dicētes q̄ sancti erāt in suburbio paradisi usq; ad aduentū filij p hares ut supra allegatū est.

¶ Capitulū·v·in quo datur rō quare quedā penalia q̄ fuerūt imposita hūano gñi p pcēm ade nō fuerūt amota p passionē xp̄i p quā fuit indultū peccatū originale.

// Saulus.

¶ Ita est ut tu asseris q̄ p passionem xp̄i tui seu messie remotū fuit peccatū originale quātū ad culpā seu reatū· qō q̄dē pcēm ut dicis ptinet ad totā naturā hūanā· seq̄retur q̄ peccatū p̄ dictū p eandē passionē esset remotū etiā quo ad penā· cū pena nō detur iuste nisi p culpa· cōstat aūt q̄ penalia que a deo fuerūt diffinita contra humanū genus ꝓpter ade peccatū· adhuc remanent post passionez xp̄i tui sicut antea· Remanet enim illud penale qō dicitur· ¶ In sudore vultus tui r̄ c̄· similiter cū dicitur mulieri· In dolore paries filios r̄ c̄· Remanet etiā clausura paradisi terrestris· quā supra allegasti que omnia habentur gen̄· iij· Ex quibꝰ pt̄z manifeste q̄ pcēm originale nō fuit ablatum p passionē xp̄i tui quātū ad penā· et p cōsequēs nec quātū ad culpā.

// Paulus. ¶ Si bene attendisti ea que supra tibi dixeram cum de modo redemptionis p messiam facte ageremus faciliter possis ad hoc qō nūc obicis respōdere· Ostendi enī tibi ibidē q̄ redemptio p xp̄m ꝓmissa in ꝓphetis erat intelligenda spiritualis que est potior et pfectior q̄ tpalis· vñ victoria sua in redimendo nō debet intelligi p vim armoꝝ· sed sua victoria intelligenda est ꝑ put vicia p̄ virtutes vincūtur· silr et abundantia seu affluentia bonoꝝ· silr et libertas q̄ in suo aduentu leguntur ꝓmitti intelligende sūt de abundātia bonoꝝ spūaliū scz virtutū· Similiter et libertas intelligitur de libertate a peccato nō aūt a subiectione hūana· illa enī intelligenda sūt fuisse ꝓmissa p xp̄m que requirūtur ad cōsecutionem vere redemptionis que in ultima beatitudine consistit. nō aūt illa que indifferēter se habent ad hoc· et multo minꝰ que q̄nq; impediunt sicut est bonoꝝ temporaliū affluentia et hmōi ꝑ put supra est ostensū· vñ in ꝓposito dicendū ē q̄ per passionē xp̄i et eius verā fidē remotū fuit peccatū originale quātū ad culpā q̄e impedit cōsecutionē ultimi finis scz beatitudinem· ¶ Illa autē penalia de quibꝰ arguis scz q̄ in sudore

vultus tui ⁊ c̄. et in dolore paries filios et hmōi indifferēntia sūt ad cōsecutionē ultimi finis. siue enim homo laborādo cō edat vel nō laborādo potest cōsequi ultimum finem si in cog nitiōne dei et alijs ad hoc pertinentibꝫ se habeat ut debz. et ideo ista non fuerūt amota in redemptione spirituali p xp̄m facta. ¶ Saulus.

¶ In pena pec̄i ade positus fuit gladius versatilis ad custo diēdū viā ligni vite ut tu allegasti gen. iij. ℔ aūt ē spūale ut vi detur et tñ remanet post passionē. nullus enī legitur paradisuz terrestrē intrasse post passionē xp̄i tui sic̄ nec̄ antea. nisi forte q̄ dz de Enoch ⁊ helia q̄ fuerūt añ passionē xp̄i tui. ¶ Paul⁹.

¶ Intrare paradisū terrestrē nō requiritur ad bonū spirituale ita enī p̄t homo ibidē existēs peccare sic̄ extra existēs. adam enī ibi peccauit. et ideo amouē istā clausurā nō requiritur ne cessario ad ultimā beatitudinē consequendā. Secus aūt ē de clausura celestis paradisi cuius ingressus requiritur ad verā beatitudinē cōsequēdā. vñ et aptionē ianue celestis paradisi opa ta est passio xp̄i. nō aūt amotionē clausure paradisi terrestris.

¶ Capitulū sextū in quo arguitur dñs i modo otra ea que dicta sūt de pec̄o originali et soluūtur argumēta.

¶ Saulus.

Hō dio quō intendis fundare in autoritatibꝫ q̄ pecca tū p̄mi hoīs originaliter transiuit in posteros. ℔ adhuc remanet ut rñdeas michi ad hoc q̄ legitur ezech. xviij. filius nō portabit iniquitatem p̄ris. Si enī peccatū primi parentis posteri sui ab eo originē traxerūt p̄dc̄a verba ꝓphete erūt manifeste falsa. ¶ Paulus.

¶ Nō dz a ꝓpha. filius nō portabit iniquitatē p̄ris. verū est nō enī punitur filius spūaliꝫ p peccō p̄ris nisi fit ꝑticeps peccati eius sicut est in ꝓposito. deriuatur enī p̄mū pec̄m p̄ris per originē in filiū sic̄ et pec̄m actuale deriuatur a p̄re in filiū per imitationem. ¶ Saulus. ¶ Ex hac tua rñsione sequitur q̄ aīa hūana q̄ est subiectū culpe traduceretur p originē q̄d ē otra textū sacre scripture. Legitur enī gen. ij. ubi de creatiōe hoīs agit. spirauit in faciē suā spiraculū vite. p q̄d vbū ꝑfm o ēs intelligitur q̄ aīa hūana p creatiōnē ī corpe hūano a deo immediate infunditur. et p̄ sequēs non traducitur p originē. ōntia p̄z ex hoc nā si culpa que est quoddā accidēs

in anima p origine traduceretur oporteret q eius subiectuz
scz aia p origine trahiret · accidēs enī nō migrat de subiecto in
subiectū ſm sentētiā ph̄i. ¶ Paulus.
¶ Licet erroneum est dicē q aia rōnalis traducatur cū semi-
ne a parēte in plem · tū q corpus hūanū est ꝓportionatū aie
defectus aie redūdāt in corpus et ecōuerso · vñ interdū ex fa-
tuis fatui gn̄antur · et ideo nō est necessariū dicē q si peccatuz
p̄mi parentis p origine trāsit in plem q aia rōnalis p origi
nē traducatur a p̄e in filiū ¶ Saulus ¶ Posito ut tu asse
ris q aliqui defectus etiā aie a parēte trāseāt in plē p origi-
nē talis deriuacō seu trāsitus excluderet rōnē culpe · de cuius
rōne est q sit volūtaria · dicit enī ph̄us in .iij. eth̄ · q nullus in
crepat cecū natū ſ magis miserebitur · si igitur posteri ab a-
dam aliquā turpitudmē traherēt p originē · tūc talis turpi-
tudo cū essz p naturā otracta nō essz volūtaria · et p cōsequēs
nec increpabilis · nec eē essz p cēm de cui⁹ rōe ē q sit volūtariū ·
¶ Paulus · ¶ Hec osequētia quā ultīo infers dicēs q si
turpitudo cōtracta ab adā p originē nō essz in eius posteris
volūtaria · q tunc nō essz peccatū si bene cōsideras inualida
est · in actib⁹ enī nō volūtarijs ſ mere naturalib⁹ lz nō sit cul-
pa increpabilis · otingit tñ ibi esse peccatū · pcēm enī ſm rati
onē rectitudinis et deuiacōnis in ordine ad finē debitū oside-
ratur · vñ actus naturalis qui nō hab⁹ rectitudinē ſm ordinē
ad debitū finē pcēm dicitur licz nō sit volūtariū · Et ideo in p-
posito pcēm originale qō nō est pcēm psone · ſ nature · lz nō
haberet rōnē increpabilis eo q nō est in ptāte voluntatis
ip̄ius ꝓlis nascētis · h⁹ tñ rōz pcci inquātū deuiat a rectitudi-
ne finis · et ꝓter hoc posset ad tuā obiectōnē aliter respondē
ri scz q hmōi peccatū habet rationē volūtarij · qō sic patz li-
cet enī inordinatio que est in homine ex adam gn̄ato nō est
voluntaria ex volūtate ip̄ius hominis gn̄ati est tñ volūta-
ria ex pte ip̄ius ade · qui mouet mo cōnē gn̄acōis · oēs qui ex
eius origine deriuātur fiē volūtas aie mouet oīa mēbra ad
actū · vñ fiē actus vnius mēbri utputa manus nō ē volūtari
us volūtate ip̄ius manus · ſ volūtate aie q ꝑmo mouet mē-
bra · sic istō pcēm originale nō ē pcēm huius psone mihi inq̄tū
hec psona recepit naturā a ꝑmo pente in q̄ h̄ pcēm fuit volū-
tariū · ¶ Saul⁹ ¶ Si a ꝑmo pente pcēm p originē otrahi-
mus inquātū ab ipo recepim⁹ hūanā naturā · eadē rōe pcca

qũoꝝcũq; parentũ ꝑimoꝝ ꝺtrahe remus. Cõstat aũt q; fi
mus in ꝓximis ꝑarẽtibꝫ tanꝯ in quibusdã nature nr̃e ꝑnci
ꝑijs. ex quo sequitur q; imũabilia pcã essent in quolibꝫ hõ
mie a suis parẽtibꝫ tã ꝓximis ꝙ remotis ꝺtracta. qꝺ ẽ valde
incõuenies nec credo q; tui ꝺctores hꝫ ocedãt. ¶ Paulus.
¶ Scõm ꝺctorũ nr̃oꝝ verã ꝺctrinã nulla peccata ꝓximoꝝ
parẽtũ. nec etiã ꝑmi parẽtis ꝓter ꝑmũ p origine traducitur.
Cuius ratio est. nã homo gñat id qꝺ est sibi sile in spẽ nõ au
tẽ ſm indiuiduũ. Et ideo ea q̃ directe ptinẽt ad indiuiduũ ſic
ꝑsonales actus et que ad eos ptinẽt nõ traducũtur a parẽti=
bus in filios. non enĩ grãmaticus traducit in filiũ grãmatice
sciam quã nõ ꝑsolã naturã ſz ꝓpo studio acq̃siuit. ea tñ q̃ pti=
nẽt ad naturã spẽi traducũtur a parẽtibꝫ in filios ñ sit ꝺfectus
nature. Oculatus enĩ misi natura ꝺficiat generat oculatũ. Alia
aũt q̃ sunt pure ꝑsonalia ut actualia peccata ut dictũ ẽ nullo
mõ traducũtur a parẽtibꝫ in filios. ¶ Saulus.
¶ Primũ pcẽm ade manifestũ est qꝺ ꝑsonale fuit. nõ enĩ hoc
habuit ex natura sua specifica ſz ex ꝓprio actu sui liberi arbi=
trij. vñ ꝑmũ pcẽm ade non potuit traduci p origine etiã ſm
te ſic nec alia pcã ꝑsonalia sua vel alioꝝ parẽtũ. ¶ Paulus.
¶ Sic ad ꝑsonã ptinet aliquid ſm seipam sc̃z et aliquid ex ꝺ
no gr̃e. ita etiã ad naturã ꝑt aliq̃d ptinẽ ſm seipaz sc̃z qꝺ̃ cau=
satur ex ꝑncipijs eius. et aliquid ex ꝺno gr̃e supnaturali. et
hoc mõ iustitia origmalis quã non habuit natura hũana ex
suis ꝑncipijs. habuit tñ p quoꝺdã ꝺnũ gr̃e toti hũane na=
ture ꝺmitus collatũ in ꝑmo parẽte. qꝺ̃ quidẽ ꝺnũ ꝑmus ho=
mo p pcẽm ꝑmũ amisit. vñ sic illa origmalis iustitia tradu=
cta fuisſz in posteros simul cũ natura sic ꝺtã nõ peccasſz. ita et
inordinatio opposita cũ natura traducitur. vñ istud pcẽm nõ
est ꝑsonale ſz nature. Alia vero pcã ꝑmi parẽtis vel alioꝝ
non corrũpũt naturã quãtũ ad illꝺ qꝺ̃ nature ẽ. ſz solũ q̃tũ ad
id qꝺ̃ ꝑsone ẽ. Et ideo talia pcã nõ traducũtur. ¶ Saulus.
¶ Licet homo nõ generet idẽ sibi ſm indiuiduũ. gñat tñ sibi
sile ſm specie. Iracũdus enĩ gñat iracũdũ. velocitas etiã cor=
poris et bomitas ingenij sepe ꝺriuãtur a parẽtibꝫ in filios.
spẽ aliter cũ natura parẽtũ sit fortis et sic ptz q; etiã indiuidu
alia transeũt a parẽtibꝫ in filios. Et idẽ vidz dicendũ de alijs
peccatis ade et alioꝝ parentũ etiã preter ꝑmũ peccatũ ade.
¶ Paulus. ¶ Peccata parentum preter primum sunt

pure psonalia. et ideo traducibilia nō sūt. Alia tamē accidē
tia ut iracūdia velocitas ꝛ hmōi. licꝫ sunt accidentia indiui=
dualia. ꝓpagātur tamē qñqꝫ in filios inquātū sūt ptinentia
ad dispositionē nature. et ideo nō est filis ratio de talibꝫ acci
dentibꝫ indiuidualibꝫ et de psonalibꝫ peccatis.

Distinctio septima de scrutinio scripturaꝝ circa reg=
nū xpi. an scꝫ sit illō de quo reuelatū fuit danieli qꝫ
essꝫ excellentius quatuor regnis precedētibꝫ. et qꝫ
illa quatuor regna destrueret an nō. et continet tre=
decim capitula.

¶ In capitulo pmo ostenditur qꝫ p visionem danielis de sta=
tua in scō capitulo cōtentā intelligit qꝫ p xpm erat extirpā
da ydolatria de regnis pncipalibꝫ mūdi.

¶ In capitulo. ij. ostēditur qꝫ licꝫ idolatria adhuc remaneat
in aliquibꝫ puissimis regionibus apud hoies bestiales seu
brutales. tñ in maiori pte et pncipaliori totius orbis est p di=
uulgacōnē fidei xpi ablata. et qꝫ ante aduentū xpi ydolatria
caldeoꝝ et alioꝝ regnoꝝ remanebat apud romanos etiā de=
structis regnis illis.

¶ In capl'o. iij. ostēditur qꝫ visio statue applicatur pmo aduē
tui xpi. visio aūt de bestijs danielis applicatur scō aduētui.

¶ In capl'o. iij. ostēditur qꝫ licꝫ cultus ydoloꝝ post passionem
xpi in quibūsdā ptibꝫ mūdi remānsit. tñ totus simul intelligi=
tur amoueri p percussionē lapidis sine manibꝫ abscisi.

¶ In capl'o. v. ostēditur quō intelligitur illud danielis. ij. la=
pis qui percussit statuā factus est in montē magnū.

¶ In capl'o. vi. ostēditur quō exponēdū est qꝫ regnū ferreum
scꝫ romanū habebat ptē pedū et digitoꝝ teste figuli et par=
tem ferreā ut habetur danielis scō.

¶ In capl'o. vij. ostēditur qꝫ regnū xpi seu ipius eccie nō est
idē cū romanoꝝ regno, put doctores falsi. s. pharisei fingūt

¶ In capl'o. viij. ostēditur qꝫ sūmus pōtifex in quo pncipa=
liter residet ptās eccīastica. licꝫ qñqꝫ utatur mūdana seu tpali
ptāte scꝫ armoꝝ potētia et hmōi. nō tñ talis ptās est essen=
tialis in eccīa sꝫ accidentalis.

¶ In capl'o. ix. ostēditur qꝫ eccīa habuit suū esse pfectum scꝫ
spūale tpe apl'oꝝ et alioꝝ discipuloꝝ antequā ptāte tēpalē
a Cesare accepisset.

¶ In capitulo .x. ostēditur q̄ xp̄us docuit verbo et exemplo q̄ b̄titudo b̄uana ostitit in otēptu terreno⁹ et adhc̄ione ad celestia quā doctrinā eius veri discipuli secuti sūt. et q̄ in primitiua ecc̄ia q̄n nullā ptātē mūdanā fideles habebāt pfectiores viri ut plurimū inuenieb̄atur in ecc̄ia q̄ nūc. q̄n regnis et ptātibꝫ humanis et mūdanis ecc̄ia abūdat. Ex quibꝫ cōcluditur q̄ regnū romano⁹ et regnū xp̄i seu ecc̄ie nullo modo sūt idē sed diuersa.

¶ In capl̄o .xi. ostēditur q̄ p cornu paulū affixū quarte bestie nō intelligitur xp̄s nr̄ put ūdei falsē exponūt.

¶ In capitulo .xij. ostēditur q̄ p cornu paulū supdictū intelligitur antixp̄s ꝑm verā catholicoꝝ expoicōnē.

¶ In capl̄o .xiij. ostēditur q̄ ex hꝫ qō dr̄ de cornu paulo qō loquitur cōtra excelsū. et putabat mutare tpa et legē. que v̄ba falsē ūdei applicāt adverū xp̄m sumitur ordo ad tractandū de quibusdā q̄ sūt magne arduitatis in hoc opusculo.

¶ Capitulū p̄mū in quo ostēditur q̄ p visionē damelis in .ij. capl̄o de statua intelligitur q̄ p xp̄m erat extirpanda ydolatria de regnis p̄ncipalibꝫ mūdi. ‖ Saulus.

Redēis ad pn̄s obmissis reūtamur ad alia q̄ ptinēt ad examinationē xp̄i tui sc̄z ad scrutādū p scp̄turas utrū ille fuit messias i ꝓphetis ꝓmissus an nō. ad qō occurrit michi qō dā validū argumētū otra te qō sumitur ex reuelacōnibꝫ damelis factis in quibꝫ deus ostēdit sibi excellentiā regni qō daturus erat xp̄o suo. quā quidē excellentiā nūquā habuit xp̄s tuus. ex quo habetur manifeste q̄ nō fuit ille xp̄us a deo ꝓmissus. ‖ Paulus. ¶ Propone michi hoc argumētū dare ut sciam quante virtutis sit. ‖ Saulus. ¶ Scrutatus sum dan̄. in .ij. capitulo. ubi exp̄sse reperio q̄ regnū xp̄i habebat cōterere seu comminuere regnū caldeoꝝ et alia tria regna sibi succedēntia. Legitur enim q̄ lapis absc̄sus sine manibꝫ qui est xp̄s. de quo ibidē dr̄. Suscitabit deus celi regnū qō in eternū nō corrūpetur. et tale habebat ominuē seu otere ferrū. testā es argētū et aurū q̄ ꝑm omēs expositoꝝ fignificāt regnū Caldeoꝝ. et tria regna sibi succedētia. ꝫ ostat q̄ regnū xp̄i tui nō cōminuit p̄dicta tria regna p̄sertim regnū Caldeoꝝ medoꝝ et grecoꝝ

Christus docuit verbo et exemplo.

cum iam p magna tpa ante sui aduentū fuerūt destructa. ergo regnū xp̄i tui nō ē illud regnū de quo dicitur ibidē q̄ ēt a deo suscitandū et qđ in eternū nō corrūpetur.

Paulus. Si visionē damelis quā allegas sic superficie tenus intelligis argumentū tuū parimodo et forte amplius militat otra te. Si enī p lapidem absasū sine manibo messiam quē tu expectas intelligis quē credis deū celi suscitaturū. et q̄ eius regnū in eternū nō corrumpetur. ꝛc. quo de ipo potes expectare q̄ ipe oterat seu ominuat regnū Caldeoꝝ medoꝝ et grecoꝝ q̄ iā a maximis tpibo ante tpus p̄ns fuerūt destructa. imo quoꝝ memoria iam fere nō est mihi forte in historiis antiquissimis. vnde si verus messias quem colo et adoro nō potuit cōterere ꝑm te regnū Caldeoꝝ et alia tria eo q̄ iā fuissent per magnū tempus ante sui aduentū destructa. quāto magis messias quē expectas cuius esse in rerū natura p. M. cccc. xxxv. ānos post aduentū xp̄i nr̄i adhuc non apparet. nō p̄t p̄dcā regna oterē que iam a longioribo et valde remotioribo tēporū curriculis fūt ānullata et fere obliuioni tradita. vnde si de vero messia sc̄z xp̄o meo nō p̄t verificari q̄ otriuit regna caldeoꝝ medoꝝ et hmōi ꝓpter eoꝝ antiquā et p̄teritā destructionē. a fortiori de tuo messia nō possit hoc verificari cuius tpus valde remotius essit a tpe destructōis p̄dcōꝝ regnoꝝ. Si si diligenter scrutatus fueris verū sensū visionis p te allegate. manifeste repies qđ applicatur ꝓprie xp̄o meo p cuius declaracōe scire debes qđ in regno xp̄i ecclie fuerit debuit p̄ dolatria abomūso vel a maiori et p̄ncipali ori pte eius extirpari. qđ fuit singularissimū in p̄mo aduentu xp̄i. Nā hactenus tpe moysi et aliorū ꝓphaꝝ magnalia virtute dei fiebāt nō tñ ꝑ vicū idolatrie potuit extirpari. nedū a gentilibo sed etiaz ab ipo ꝓpl̄o israhelitico. in cuius p̄ntia deus fecit magnalia in egipto tribilia in mari rubro. et in deserto panē celi. nō sine magnis miraculis dedit eis. quibo nō obstātibo in eodē loco ubi legē a deo susceperāt et verba eius de medio ignis audierūt. quibo eis p̄cepat. nō habebis deos alienos p̄ter me. exo. xx. ibidē sc̄z in oreb vitulū cōflatilē fecerūt. et adorauerūt sē ptz exo. xxxij. Si ir in temporibo iudicuz et regū in regno israhel et etiā in dee nō cessab āt immolare et sacrificare dīs alienis ꝓphetis exclamantibo et monentibo et signa et ꝓdigia contra eos ostendētibo frequēter ut in historiis sacris ptz euidēter.

ſ̄ poſtquā nōſt̄r xp̄us vēnit in mūdū et eius fides fuit p or-
bē diuulgata et frequētibꝫ ſignis p ſuos diſcipulos et mar-
tires ofirmata · excluſa eſt ydolatria ſimpliciter a tota re pb̄-
lica mūdi vel ab eius maiori pte ꝓut fuit ꝓphetatū in diuſis
locis ſp̄aliter yſa · ix · ubi loquēs de tpe meſſie cū dicit · Et erit
in nouiſſimis diebꝫ ꝓparatus mons dn̄i in vertice mōtiū ⁊ c̄ · et
infra ꝓpheta loquēs de uoctrina xp̄i p gentes ſuſcipiēda di-
cit · Ibūt populi multi et dicēt · aſcendamus ad montē dn̄i et
docebit nos vias ſuas ⁊ c̄ · et infra ibidē ꝓpha oſtendēs q̄ tpe
ſui aduentus tota terra erat repleta ydolis dicit · Et repleta
eſt terra eius ydolis opus manuū ſuaꝝ adorauerūt opus qđ
fecerūt digiti eoꝝ · et idē infra p̄noſticās q̄ hmōi ydola p ip̄m
et ſuos ſequaces eſſent ꝓiciēda · ſubdit · in die illa ꝓiciet ho-
mo ydola argenti ſui et ſimulacra auri ſui q̄ fecerat ſibi ut a-
doraret · Ex quibꝫ patꝫ intentū ſcꝫ q̄ in nouiſſimis diebꝫ p qđ
dies meſſie intelligūtur etiā ſm tuos mg̃ros erāt ydola ꝓici
enda quibꝫ antea vmūſū erat plenū · De hac igitur materia a
gitur in hac viſione danielis quā tu allegas · in qua viſione
q̄tuor regna p̄cedētia regnū xp̄i ſcꝫ Caldeoꝝ medoꝝ et gre-
coꝝ et romanoꝝ figurātur p vnā ſtatuā quadriptitā · nam ſta
tuā ouīter dēſignat ydolatriā · Simulacra enī dēmonū ouīter
p ydolaticas ſtatuas colebātur qđ ptꝫ etiā dañ · iij · de ſtatua
quā fecit nabūcho · Et quia oīa regna mundi ante aduentū
xp̄i licꝫ eſſent inter ſe multū differentia et etiā aduerſantia · in
hoc tn̄ conuenieb āt oīes ut cultū deo dēbitū creaturis impen-
derent · iuxta illud p̄s · oīes dii gentiū dēmonia · idcirco ꝓphe
dēſignabātur omnia regna p̄ncipalia vnica ſtatua q̄ ydo
latriā dēſignat ꝓpter ip̄oꝝ conuentiā in cultu ydoloꝝ · Sꝫ q̄
ip̄a regna inter ſe erāt diuiſa in ritibus et alijs ꝓpriet atibꝫ et
modis viuendi · ideo ꝑticularia membra huius ſtatue erāt de
diuerſis materijs ut pote de auro ⁊ argēto et teſta et hmōi · ſi-
militer differebant in formis q̄ aliqua ps ſtatue erat caput
alia brachia et hmōi ad dēſignandū varietatem inter hmōi
regna · vñ ad ꝓpoſitū tui argumenti applicādo lꝫ regnum xp̄i
ſeu eccīe nō cōminuit regnū Caldeoꝝ ſeu pſaꝝ et hmōi quā-
tū ad ip̄oꝝ mūdanā ptātē que iam trāſiuerat · cōminuit tn̄ ea
quātū ad cultū ydoloꝝ inquātū diuulgata fide xp̄i in orbe p
eius diſcipulos et eoꝝ ſucceſſores · euacuata ē cultura dēmo-
nū a toto fere mūdo ſcꝫ a maiori ⁊ p̄ncipaliori pte ei⁹ ut dēm ē

qđ recte ꝓfigñatur a daniele p̄ percussionē lapidis sine manibus. Nā absq; hūana potentia lapis qui est xp̄us statuā id est idolatriā diminuit tam antiquā scz caldeoꝝ q̄ alias succedentes ut dictū est.

¶ Capil'm. ij. in quo ostenditur q̄ licz ydolatria adhuc remaneat in aliquibꝫ puissimis regionibꝫ apud hoīes bestiales seu brutales tñ in maiori pte ꝛ pñcipaliori totius orbis est p diuulgacōnē fidei xp̄i ablata. et q̄ ante aduentū xp̄i ydolatria caldeoꝝ et aliorꝝ regnoꝝ remanebat apud romanos etiam destructis regnis illis. ℣ Saulus.

Quedam interponis in hac tua rñsione que nō videntur otinere veritatē vel saltem aliquam requirunt ꝓbacōnē. Primū ē qđ dicis ydolatriā esse hodie exclusam a toto orbe quod credo esse falsū. Nam non est dubiū q̄ hodie sūt aliqui etiā inter xp̄ianos et sarracenos qui hoc vicio abutūtur scz ydolatria saltē in latebris et secreto. sicut etiā multi sūt phitones diuinatores et hmōi que ad suꝑsticōnem ydolatrie ꝑtinent. Et ut a quibusdā narratur in aliquibꝫ extremis terre. hoc viciū adhuc publice manet. Sc̄ōm ē quia dicis q̄ p diuulgacōnē fidei xp̄i tui hoc viciū fuit amotū sine aliq̄ humana potentia qđ tū non ꝓbas. Terciū quia dicis q̄ ydolatria qua abutebantur Caldei adhuc remanebat tēpe xp̄i tui qđ nō videtur racōni cōsonū. Nā quīter cū aliquis populus destruebatur. simūl cū eo destruebantur et dii eius. ysa. xxxvij. ex pte regis assirioꝝ se iactātis de victoria quarūdam gentiū dicebat. ubi sūt dii emachet arphat. ubi dii sapharoim. q. d. sic̄ deuastaui gētes illas sic et eoꝝ deos.

℣ Paul⁹. ¶ Ad p̄mū q̄ obicis de ydolatria dicēdo q̄ adhuc manet in orbe saltē in latebris et abscōsis ꝛc̄. et etiā publice in extremis t̄re tibi rñdeo q̄ mala q̄ in occulto fiūt. soli⁹ dei iudicio reseruātur iux̄ illud deutro. xxix. abscōdita deo nostro sūt scz a solo deo iudicāda. vñ de talibꝫ non agimus hic De hīs aūt q̄ dicis q̄ in extremis terre publice fiūt. Dicēdū ē q̄ illa sūt valde modica respectū regionū t̄rarꝝ ubi nullus idolatra viget. nā terra q̄ a veris xp̄ianis et etiā scismaticis possidetur. Similiter et a sarracenis turcis ꝛ tartaris occupatur maximā partē terre obtinet. in tantū q̄ illud qđ remanet est valde modicum respectiue. et ibi viuunt hoīes bestiales et quasi semibruti de quibus non est facienda mentio. q̄ qđ

modicū est ꝫm pꝫm ꝑ michilo reputatur. Et etiā in illis partibus extremis nō compellūtur hoīes ad ydolatrandum sicut tempore caldeoꝝ hoc fiebat. ut patz damelis. iij. Similiter tēpore succedentiū regnoꝝ ut ptz de Romanis qui multipliciter ꝑsequebātur fideles xp̄i ut suis dīs seu demonīs immolarēt. In ptibo igitur mūdi extremis ubi ydolatria adhuc manet ꝑ ut refertur a fidedignis nō cōpellūtur hoīes ad hoc fiē nec pumūtur ydolatrantes. ꝫ vnusquisq; ad suū arbitriū ad ꝫ relinquitur. Ad scōm aūt a quo petis a me ꝓbationē de ꝫ q ꝑ diuulgationē fidei xp̄i ydolatria fuit amota sine humana potētia ꝛc. tibi rñdeo sic q ꝑ sacras autoritates et hystorias alias autenticas est manifestū q tpe illoꝝ quatuor regnoꝝ vnūsaliū quoꝝ regnū romanoꝝ est quartū ydolatria ꝑ totū orbē extendebatur. Cōstat aūt ꝑ fidelissimā et publicā famā et hystoriaꝝ oīum narracōnē qō ꝑ magnū tempus anteq; secta sarracenoꝝ incipet. cessauit ydolatria modo ꝑ deō. ꝫ nulla ptās hūana fuit inter media inter rōnos et sarracenos q̄ hoc vicium amoueret ut est manifestū. Restat autem q ꝑ ptātē xp̄i et suoꝝ discipuloꝝ ꝑ dicationē et martiria veritatē ꝑdicantia hoc fuit in xta ꝓphetaꝝ vaticinia exclusū Ad terciū vero q dicis nō esse verisimile q ydolatria caldeoꝝ remāsiss̄ post eoꝝ destructōnē tibi rñdeo q de regno romanoꝝ qō fuit ultimū ꝑ dcōꝝ quatuor regnoꝝ. legitur in hystoriis autēticis q oīa simulacra gētiū colebat de cuius memoria adhuc remanet Rome tēplū pantheon in quo alias oūter oīa ydola colebātur. et postea hodie festū oīum sanctoꝝ celebratur. Et sic ꝑ patet q statua de qua loquitur damel sc̄z ydolatria in sua erat integritate cū ꝑcussa fuit ꝑ lapidem absciss̄ sine manibo sc̄z xp̄m. et hoc testatur lra damelis sane intellecta. Cū enī dan. q̄tuor ptes p̄nūciauit in ꝑdicta statua forma et materia distinctas. q̄ quatuor regna sup̄ dcā figurabāt. q̄ tñ ptes ad inuicē ꝑ successionē otinuabātur. in destructionē tñ illius statue totā simul designauit destructaz seu destruendā. nō enī dicit q antea fuerat caput destructū et post ea brachia et sic de alijs. ꝫ simul ad lapidis ꝑcussionē tota statua fuit destructa qō ꝑ dcām veritatē testatur.

¶ Caplm. iij. in quo ostēditur q visio statue applicatur p̄mo aduētui xp̄i. visio aūt de bestijs damelis applicatur scō o aduentui.

In alia visione danielis scz quatuor bestiarū que in capso. vij. cōtinetur. que quidē visio de eadē materia loquitur de qua et supdicta visio scz statue. In utraq; enī visione agitur de quatuor regnis supdictis ad invicē succedētibz et de regno messie seu xpi omia regna illa supante. Et tñ in istis duabz visionibz que de eadē re loquūtur videntur quedam de essentialibus variari. Primo enī in pma visione, put tu dicis omia q̄tuor regna que p statuā designantur ad lapidis percussionem fuerūt simul destructa. In scda vero visione in qua quatuor regna p quatuor bestias designantur. nō simul ꝫ successiue videntur quatuor regna p̄dicta destrui scz vnū post aliud. vnde de pma bestia ante ortū scde legitur. aspiciebam donec cuul se sūt ale eius et sublata est de terra. Ex quo patet q̄ ante fuit sblata pma bestia q̄ scda surgeret. idem videtur intelligēdum de alijs. Item in prima visione p lapidis percussionē fuerunt quatuor regna destructa. In scda vero visione per filiū hominis venientē in nubibz celi fuerūt omia destructa ut patet in capitulo. vij. Dic ergo rogo quō tollis cōtrarietates existis visionibz que de eadē re loquūtur et tamē quedā cōtraria interponere videntur ut dictū est.

Paulus. Sicut dixeram tibi supra cū de tēpore aduentus xpi ageremus q̄ duplex est aduentus xpi. vnde licet regnū xpi sm sevnū et idē est. duplicater tñ de eo loquūtur scripture sm hmōi duplicē sui aduentū. ex quo diversi effectus erāt p ducendi circa rem publicam mundanā. Nam sicut in primo eius aduentu divulgata ecclesie fide ydolatria erat extirpanda modo predicto de qua agitur in pma visione danielis supdicta. sic in scdo eius aduentu tota mūdana potestas erat amovenda subjciendo omia divino imperio de quo zach. ultimo. Erit dñs rex super omnē terrā. In die illa erit dñs vnus et nomen eius vnū. Et sophonie. iij. Tūc reddam populis labiū electum ut invocent omes in nomie domini et seruiāt ei humero vno. In quibus et alijs ꝓphēticis locutionibz p̄nosticantibz q̄ tota potestas humana publica erat auferenda et subjciēda divine potestati. hoc intelligitur impleri in scdo aduentu messie. In hac igitur scda visione ꝓpheta agit de aduentu xpi scdo et de hmōi effectu suo circa mūdanam potestatē penitus auferendam. In qua quidez visione predicta quatuor regna precurrentia aduentuz xpi

scōm conuenīēter figurātur. nō p statuā que ydolatriā fignificat. cū iam ydolatria amota erat p primū aduentū ut dcm est. sed figurātur p varias bestias ⁊ feroces. p quas dēignātur varie ferocitates ⁊ tyrannica dominia īpoꝝ regnoꝝ, put expositores oīmūiter tradūt. Et q potestas hūana seu mundana quatuor regnorū predictoꝝ non simul ſ̄ successiue fuerat amota. prius enim pdiderūt monarchiā caldei q̄ persi. et sic de alijs. ideo in secunda visiōe vbi agitur de potestate mūdana nō simul sed successiue quatuor bestie fuerunt destructe sed in p̄ma visione simul statua fuit diminutā. q p primum aduentum fide xp̄i diuulgata p orbem tota ydolatria tā p̄te ritorum q̄ presentiū fuit destructa modo supradicto. Ad secundū vero qō queris quare in prima visiōe regnū xp̄i figuratur p lapidem absasum sine manibꝫ. in secunda vero visiōe figuratur xp̄s p filium hominis venientem in nubibꝫ ⁊ c̄. satis patet responsum ex predictis. In prima enim visione loquitur de primo aduentu in quo xp̄s proprie figuratur p lapidē sine manibꝫ absasum. Tum quia eius concepcō ⁊ natiuitas ſm carnē non est virili semine, pducta prout veritas fidei nostre tradit. Tum q non p potentiā corpalem statuā. s. ydolatriā destruxit sed p diuinā. In secūda vero visione que aduēnum scōm ut dictū est significat, p̄prie dēignatur p filiū hois venientē in nubibꝫ celi. quia in magna potestate ⁊ maiestate venturus est ad iudiciū.

¶ Capl'm. iiij. in q̄ ostēditur q̄ ſ̄ cultus ydoloꝝ post passiōes xp̄i in quibusdā ptibꝫ mūdi remāsit. tn̄ totus simul intelligit amoueri p lapidis passionē sine manibꝫ absasi.

// Saulus.

Sicut potestas mundana quatuor predcōꝝ regnoꝝ non fuit simul amota sed successiue sicut tu asseris et bene. sic ydolatria nō simul fuit amota sed successiue. quia post aduentum xp̄i tui per magnū tempus duravit ydolatria in diuersis et magnis mundi partibꝫ. vnde etiam in tempore Cosdroe regis pharū qui p magnū tēpus fuit post aduentum xp̄i tui ydolatria adhuc vigebat ut etiaz hystorie tue testātur. qō non concordat expositiōm tue p̄dicte in qua dicis q̄ simul fuit ydolatria a toto orbe seu a maiori ptē totius orbis ⁊ principaliori amota. // Paul⁹. ¶ Licz verū

est q̄ cultus ydoloꝝ p aliqđ tempus etiā post passionē xp̄i in quibusdā ptibꝫ mūdi notabilibus remansit · tñ ydolatria dicitur simul amoueri a mūdo · eo q̄ p virtutem passionis xp̄i pn̄cipalis auctoritas ydolatrie scz diabolica fuit amota seu valde debilitata · vñ passione mmin̄ete ipe dixit · Nūc princeps huius mundi eicietur foras · iohis · xvi · Q̄ intelligitur de dyabolo cuius potestate et virtute homines in ydolatriam inciebāt · et q̄ ab hmōdi dyaboli potestate p passionē xp̄i q̄ semel celebrata ē homo fuit liberatus · Idcirco p solā passionē lapidis sine mambꝫ absasi ydolatria dicitur esse simul amota · Posz ec̄ intelligi passio lapidis hꝰ fuisse ipleta tēpe Constātini q̄n xp̄us qui lapis ē absasus sine mambꝫ dicitur ut iā dictū est passit cesarē lepra · p cuius passionē mīraculosam sanationē tota statua ydolatrie fuit dirupta cesare p̄cipiēte ut omia phana ydoloꝝ p orbē destruerēt̄ · ut plenius ista otinēt̄ in sua hystoria · Secus ē de ptāte mūdana p̄dictoꝝ regnoꝝ q̄ fuit amota successiue tā ante aduēt̄um xp̄i q̄ post · q̄ quidē successiua destructō durabit vsq; ad tempus antixp̄i quādo xp̄s secūdo venēs totā destruet mūdanam potestatem ut iam dictum est ·

Saulus ·

Miror cur michi allegas auctoritates euangelij tui quas vt scis non teneor recipe p̄sertim cū sint contra me · sicut nec aūctates nostroꝝ doctorū recipes contra te ·

Paulꝰ ·

Quia tu otra meā expoīcōnē de visione statue obscis · in q̄ actu procedis ut arguēs · ego possum ut rndēs allegare aūctē sūi mgri mei · Nō enī p meā rnsionē te intēdo obligare · sicut nec michi in rndendo necēitas incūbit te obligādi ad tenēduz rnsionē meā · vñ solū pdcām aūctē allego ad meā saluādam expoīcōnē · q̄ sufficit plxe q̄ aūctatibꝫ apud me autēticis mea expositio ē consona · In alijs vero altercacōibꝫ nostris vbi procederem ut arguēs contra te concedo tibi q̄ non debeo allegare auctoritates doctorum nostroꝝ · sicut hactenus feci nec facere intendo ·

Saulus ·

Cōtra auctoritatē magistri tui p te allegatā repio expictiam contrariā · diabolus adhuc hodie potestatē suā in hoibꝫ exercet aīas temptando et corpora lędendo ut ē manifestum

qđ nō credo te negare. et etiā in actibꝫ ydoloticis in multis ptibꝫ mūdi illudēdo. qđ est otrariū illius dicti p te allegati. s. princeps huius mūdi eicietur foras.

Paulꝰ. ¶ Licet nūc dyabolus possit dēo pmittente hoīes temptare quātū ad aīam et vexare quantum ad corpus. et etiā p ydolatriā illudere. est tn nūc homini ꝓparatū remediū p passionē xp̄i. in quo homo potest se tueri ꝯtra hostiles impugnacōnes ne ducatur in interitū mortis ēterne. Et quicūqꝫ ante mortē xp̄i dyabolo restiterūt p fidez passionis xp̄i future hoc facere potuerunt. nullus tamē tūc potuit dyaboli manus euadēre ut sez nō descendēt ad infernū. iuxta illud psalmiste. Quis est hō qui viuet ⁊ non videbit mortez ⁊ liberabit aīam suam de manu infernī. sed post passionem xp̄i possunt hoīes ab hoc vtute passionis tueri.

¶ Capitulū. v. in quo ostēditur quō intelligatur illꝫ danielis. ij. Lapis qui percussit statuā factus ē in mōtē magnū.

Saulꝰ.

Declara michi scꝫ expositōnez tuā quid ē illud qđ dixi in prima visione q lapis qui percussit statuā factus ē in montē magnū. qđ non videtur ꝓpe respondere ad destructōnē ydolatriē scꝫ tuā expositōnē. Propriius eni dixissꝫ. factus ē in tēplū dei seu sanctuariū vel in aliquā sonans fidē seu sacrā doctrinā. Passio eni xp̄i tui p quā dicis q hoīes pñt tueri a dyabolica ptāte nō opatur talē tuicōnē p modum montis magni. s. potius p modū adhesionis ad fidē veram et vite rectitudinē prout credo q tu etiam concedas.

¶ Paulus.

¶ Verum dicis in hoc q passio xp̄i liberat hominēs a dyabolica potestate inquantū adherent vere fidei crucifixi et eius vestigia sequūtur. et hoc ꝓpe intelligitur per illud qđ legitur in visione danielis supradicta cum dicitur q lapis q̄ percussit statuā factus est in montē magnū. In hīs enim verbis alludit daniel huic quod dicitur ysaie. ij. Erit in nouissimis diebus paratus mons domus domini in capite montium. et eleuabitur sup colles. et fluent ad eum omnes gentes. ⁊c. quasi dicat daniel. Iste lapis statuam percutiens factus est ille mons magnus et eleuatus de quo loquitur ysaias. in quo monte ascendentes docentur de vīs domini ⁊ de semitis eius.

ut ibi dē habetur. ¶Inter quas vias dñi r eius semitas vna de principalibus ēy dola respuēr abicere. vnde ibidem legitur. Et ydola penitus oterētur. Et j. In illa die, iiciet homo ydola argenti sui r ē. ꝓut fuit sup allegatū. ꝓprie igitur ad denotādū delectōnē ydolatrie q̄ p̄ destructōnē statue designatur daniel p̄ dixit. q lapis q̄ percussit statuā factus ē in montē magnū. sc; m illū montē ab ysaia iam ante p̄ magnū tēpus ꝓphetatū. de quo etiā monte multa sub eisdē vbis sicut ysaias p̄ micheam quarto capitulo fuit ꝓphetatum.

¶Caplm. vi. in quo ostēditur quō exponēdum ē q regnum ferreū sc; rōnoꝝ habebat partem pedū r digitoꝝ teste figuli et ptem ferreā. ut habetur danielis sc̄o.

¶Saulus.

Secundū istā expositōem tuam volo scire quō intelligis q regnū quartū. s. ferreū p quod tu intelligis regnū Romanoꝝ habebat ptem pedū r digitoꝝ teste figuli r ptem ferreā et cetera q̄ ad hoc ptinent.

¶Paulus. ¶Circa hoc quod petis diuersimode se habēt expositores. Sed in hoc volo ad presens sequi expositores tuos quibus in hoc satis consonat expositō mea. Dicunt enim q regnantibus Romanis tempore machabeorum fuerunt admuicem confederati Romani et iudei. quod etiam Josephus hystoriographus tuus large tradit. Quaz quidem confederacōnem daniel vocat regnum diuisuz eo q erant difformes in ritibus et cultibus diuinis ut ē manifestū non tamen in partes equales in fortitudine et robore. quia pars romana erat fortissima et ideo vocat eā ferreā. iudeoruz vero erat debilissima quam testam vocat. Et q iste due nationes admuicem voluerūt matrimonio commiscere tempore herodis ascolonite qui voluit habere in vxorē quandam de genere machabeorū. quod tamē matrimoniuz nō habuit effectuz ut ex hystoriis Josephi patet. idcirco de istis duabz partibus diuisionis et earꝝ commixtione dicit. Quia autem vidisti ferrum mixtuz teste. cōmiscebūtur quidē humano semine sed non adherebūt sibi. sicut ferruz non potest misceri teste. Et q illis temporibz sc̄li cet Romanoꝝ et ideoꝝ seu herodianoꝝ que fuerūt regna corruptibilia suscitauit deus regnū xp̄i incorruptibile. qui quidē xp̄s natus ē in bethleez

inde tpe herodis regis. in quo tempore cesar imperabat. id circo immediate subdit'. In diebo autem regnorū illoꝝ suscitabit deus celi regnū qđ meternū non dissipabitur.

¶ Capl'm. vij. in q̄ ostēditur q̄ regnū xp̄i seu ip̄ius eccie nō ē idē cū regno rōnoꝝ. put doctores falsi scz pharisei fingūt.

Saulus.

Secundū doctores nostros regnum xp̄i tui seu eius ecclesie vnum et idem est cum regno romanoꝝ. et ideo cum regnum romanoꝝ destruendū erat ꝑm visionem danielis per regnū celi incorruptibile a deo suscitandū salicet p regnū messie. eadē ratione et regnū xp̄i tui quod est idem cum regno romanoꝝ destruendū est per messiam. Qđ autez regnū ecclesie tue sit idem cum regno romanoꝝ prout doctores nostri dicunt satis patet ex hoc. nam regnuz ecclesie xp̄i tui principaliter sumpsit potestatem atq; imtū dominij a romano imperio scz a Constātino ꝑm omes historias. qui quidem constātinus impialē auctoritatē et potestatē tribuit Silvestro summo pontifici eius successoribo qui hodie eadem auctoritate vrbem obtinent romanā. Qui quidē Constātinꝰ ut quidā referūt opulit seu coegit plurima regnā ut acciperent fidē ecclie xp̄i tui. Et sic p; q̄ hmōi regnū eccie est regnuz romanū p quartā bestiā in visiōe danielis designatū. et p oñs pverum messiā sicut exspectamus destruendū.

Paulus.

¶ Verū est q̄ doctores tui pharisei finxerūt q̄ regnū Romanoꝝ et regnū eccie xp̄i est vnuz et idem regnū. quā quidem fictōnēm sic dissemināuerunt per totam plebem tuaz q̄ oēs hoc tenent. vocantes regnū xp̄i nostri regnū romanoꝝ neq̄. Que quidem ficti o ab eis fuit fabricata ut euaderēt impugnationem efficacem que contra eos militat ex hac visione danielis de qua agimus sumptā. Per hanc enim visionē cōstat q̄ bestia quarta p quā scōz omes designatur romanū regnū seu impiū destruēda erat p regnū a deo celi suscitandū. s. regnū messie. Ex quo sequitur. q̄ si regnū ecclesie et romanorum essent duo regna distincta q̄ regnuz ecclesie succedens regno romanoꝝ esset regnū veri messie. qđ manifeste oppomitur ptinacie tue ꝑm quā credis q̄ regnū ecclesie non est regnū xp̄i. Sz falsitas huius fictōis manifesta ē ex hoc. nam

regnū ecc̄ie seu regnū xp̄i nō est regnū mūdanū seu terrenum
sic̄ regnū Romanoꝝ aut alm̄d̄ ceteris regnis huius mū-
di. vñ t xp̄us exp̄sse dicit Johis. xvj. Regnū meum nō est de
hoc mūdo. Que quidē aūctas sola sufficit ad cogēdū fideles
ut ponāt dām substātialē inter regnū ecclesie t cetera regna
supradcā. in hoc scilicet q̄ cetera regna sūt terrena seu mūda
na vel temporalia. regnuꝫ vero xp̄i t ecc̄ie siue nō est munda-
nū sed celeste vel spūale seu diuinū. Vnde et oīnūter in sacris
litteris nostris vocatur regnū celoꝝ et regnū dei t hmōdi. Si
q̄ tu et infideles tui similes has sac̄s aūctes nō recipitis. id-
circo p eui dēt̄iam racōis oportet vos de hoc ouincē. Ex mul-
tis enim saltem ex duobꝫ euidēter patet essentialis differēt̄ia
inter regna mūdana seu tpalia et regnū xp̄i t ecc̄ie. Quorum
vnū sumitur ex potestate tradita sūmo principi ecc̄ie scilicet
sūmo pontifici. Ordinatio enī populi ſm̄ philm. in. iij. po-
liticoꝝ p̄cipue p̄dēt ex maximo p̄ncipatu. Cōstat autē q̄
maximus p̄ncipatus ecc̄ie in potestate consistit sūmi pōtifi-
cis. q̄ quidem potestas ē ligādi animas atq; soluēdi ſm quā
sūmus pōtifex t ecc̄ia creditur a fidelibꝫ hāre claues regni ce-
loꝝ. ut habetur Matth. xvj. cap̄lo. Si cōstat q̄ talis potestas
nō est mūdana seu tpalis neq; similis potestati imp̄ij roma
ni vel aliorꝝ regnorꝝ sed oīno ab ea d̄ separata sūt sicut res
corporalis a spirituali.

¶ Saluus.

¶ Si in tuo euāgelio h̄ p̄tās ligādi atq; soluēdi aīas asseraſ
tuo sūmo pōtifici tradi. nō tñ hoc a me creditur nec a doctoribꝫ
nr̄is. et ideo frustra talē aūctē cōtra me allegas.

¶ Paulus.

¶ Iō credo q̄ tūc tui fideles nō credūt p̄dcām potestatē clauiū
fuisse datā ecc̄ie xp̄i seu sūmo pōtifici. licet h̄ posses repire p
diligēs scripturaꝝ scrutinīū. Legitur enim ysaie. xxij. Dabo
clauē domus dauid sup humerū eius et aperiet et non erit q̄
claudat. et claudet et non erit qui aperiat. Que verba recte
intellecta ad hoc aptantur. Sed siue ea sic intelligas siue nō
non curo ad presens. Sufficit enim michi ad affirmandā dif
ferēt̄iā essentialē inter regnum Romanoꝝ et regnum ecclesie.
quia regnum Romanorum in virtute armorum et secularium
legum dominabatur orbi ut in suis hystorijs est manifestum.
Regnū aūt ecc̄ie xp̄i p potestatem pontificalē supradictam

suos regit subditos · et hoc sufficit ad latã ponẽdã distinctõnẽ inter potẽtiã romani cesaris ꝛ summi pontificis ptãtem· intantũ q nõ pñt dici vnum et idem regnum· sicut nec in rebꝫ naturalibꝫ illa que proprie ꝛ per se habẽt diuersas potẽtias non possunt dici vna et eadem res·

¶ Cap'lm· viij·in quo ostẽditur q sũmus põtifex in q̃ pñcipaliter residet eccl'iastica ptãs · licet q̃nq; vtatur mũdana seu tpali ptãte· s· armoꝝ potẽtia ꝛ huiusmodi · nõ tamẽ talis potestas ẽ essentialis in ecclesia sed accidẽtalis·

¶ Saulus

seculo tu es deus. intelligitur ab eterno. eo q̄ duracō ad deum ptinēs est eterna. et ideo in autoritatibꝫ p te allegatis ubi habetur q̄ aliqua lex mosayca utputa lex de sabbato obseruādo et de pascate et hmōi erat duratura in helā intelligendū ē in seculo legi mosayce ptinenti nō aūt ultra. ¶ Saulus. ¶ In autoritatibꝫ p me allegatis otra te hec dictio helam interp̄tāda est in sempiternū sic̄ iam interp̄tati sūt trāslatores tui ut patet p trāslacōnē omunē apud te et tuos autēticā. vnde nō decet te aliter in p̄dc̄is locis iam interp̄tari. ¶ Paulus. ¶ Licet verū sit q̄ trāslatores nr̄i interp̄tati sūt hāc dictionē helam p eternū seu sempiternū in autoritatibꝫ q̄ loquūtur de obseruacōne sabbati et quorūdā legaliū p̄ceptoꝝ. nō tn̄ cū eis tenendū est ꝫ potius stādū est cū veritate hebrayce lr̄e. ꝓbatū est enī supra q̄ hec dictio helā nō semp significat spaciū seu durationē eternā ꝫ durationē rei cui oiūgitur congruentē. et ideo in hoc loco nō est tenendū cū trāslatione vr̄a oiū cū stare nō possit cū hebrayca veritate nec etiam catholico ꝫ determinatione. ¶ Saulus. ¶ Quō ergo posses saluare interp̄tatores tuos p̄sertim Jheronimū qui tante autoritatis est apud te. ¶ Paulus. ¶ beatus Jheronimus loquitur in hoc loco more omuni seu vulgari quo dicūtur ppetua illa q̄ cōplēt terminū sibi possibilē seu debitū ut cū dr̄ oūter in mstris publicis ad ppetuam rei memoriā. Silr̄ in collacōmbꝫ bñficiorꝫ cōsueuit dici canonici et in ppetuū. que quidē ppetuitas nō est absoluta ꝫ ad suū debitū seu possibilē terminū limitata. Et isto mō trāslacō Jeronimi est intelligenda in hoc loco. cū enī dicit de obseruacōne sabbati qō essꝫ eterna seu ppetua et sic de alijs intelligēdū est de ppetuitate durationis legi mosayce ptinente.

¶ Capitulū. vi. in quo ostēditur q̄ terminus duracōis legis mosayce ē lex noua q̄ data ē p xp̄m ⁊ q̄ lex mosayca nō obligat ultra illū terminū quātū ad illa q̄ in ipa lege mosayca otinētur q̄ nō sūt de lege nature. et qō ex ꝫ nō sequitur q̄ lex mosayca nō fuerit a deo data. ¶ Saulus.

Dēllus terminus durationis legitur assignatus fuisse mosayce legi ut ad illū tīnimū referri possit helā seu seculū legis sic̄ fuit terminus assignatus leuitis ad seruiēdū in templo seu in tabernaculo legis ut dictū est. Silr̄ et seruo

emptcio ad seruiẽdũ dño suo. Et ideo hec dictio helam que ponitur in obseruacõe sabbati seu circũcisionis et hmõi interp̃tada est ꝓ in duracõnẽ totius seculi p̃ntis sc̃z usq; ad finẽ mũdi, put oũiter intelligitur apud nos. ¶ Paulus. ¶ Verũ ẽ q; tu r tui nõ creditis aliquẽ timimũ fuisse positũ in hac vita duracõi mosayce legis. vñ p hãc dictõnẽ holam in obꝺuacõe p̃ceptoꝝ legaliũ positã intelligitis durationẽ perpetuã absolute. quẽ quidẽ errorẽ nõnulli eoꝝ qui fidẽ xp̃i receperũt sũt secuti ut patz in p̃mitiua eccĩa qñ q̃plurimi baptizati ritꝫ legalia obseruabãt otra quos aplus nr̃ paulus in suis efficaciter scripsit eplis. qui quidẽ morbus pestiferus antiquus adhuc inter hereticos pullulat modernos cuius tñ falsitas manifesta est. nã lex mosayca ex dei ordinacõe nõ erat obligatoria ad sp. ꝯ tm̃ ad timimũ a deo p̃fixũ sc̃z usq; ad legẽ messie p̃missi. Nõ sic patz. nã ut ex supdictis habetur. deus p̃misit se daturũ populo israhelitico legẽ nouã aliam a lege mosayca put habetur Jere. xxxi. que quidẽ lex noua in multis habebat p̃cellẽ legẽ antiquã. Et p̃mo in mõ dãdi q; lex mosayca data fuit in tabulis lapideis. lex vero noua erat in cordibꝰ scribenda ut habetur ex aũcte Jere. p̃allegata. p q̃ dẽsignatur legis noue maior stabilitas. in quo quodãmõ assimilatur legi nature q̃ indelebiliter in cordibꝰ imp̃mitur Secꝺo q; lex mosayca quãtũ ad illa que in ea tinẽtur. que nõ sũt de lege nature nõ obligabat ad eius obseruãtiã msi solã gentẽ israhelitica cui sola data fuit. vñ in p̃s. de deo dicitur. annũciãs verbũ suũ iacob iustitias et iudicia sua israhel nõ fecit taliter omi nacõi r̃c. ꝯ lex noua que est lex xp̃i sicut r lex nature omes nacões obligat. vñ ysa. xlij. de xp̃o et eius lege dicitur ꝺo nec ponat in terra iudiciũ et legẽ eius insule spectabũt. Tercio q; lex mosayca quãtũ ad supdcã sc̃z que non sũt de lege nature nõ obligauit sꝺitos suos ubiq; ꝯ solũ in terra p̃missionis vñ deutro. iiij. Scitis q; ꝺocuerim vos p̃cepta atq; iustitias sic mãdauit michi dñs deus meus ut faciatis ea in terra quã possessuri estis et obseruabitis et implebitis ope. Et infra eoꝺẽ ca pko. michiq; mãdauit in illo tpe ut ꝺocerẽ vos cerimonias r iudicia q; facẽ debetis i tra quã possessuri estis. Silr r deutro. v. postq; moyses repetiuit p̃cepta decalogi et ea q̃ otigerũt tpe dacõis legis subdit. tu vero hic sta mecũ et loq̃r tibi oia mãdata et cerimonias atq; iudicia

que dicebis eos ut faciāt ea in terra quā dabo eis in possessionē. ex quibꝫ et multis alijs filijs manifestū ē q lex mosayca quātū ad ea que in ipa cōtinebātur que nō erāt de lege nature nō obligabāt ad omnē locum sed solū in terra promissionis. lex vero noua scz xpi sicut et lex nature obligabat ubiqꝫ de qua malachie pmo. postqꝫ dixit de reprobacōne sacrificiorꝫ veteris legis dicit. Nō est michi voluntas in vobis dicit dns exercituū. et munus nō suscipiā de manu vra. statim subdit. ab ortu enī solis usqꝫ ad occasū magnū ē nomē meū in gētibꝫ et in oī loco sacrificatur z offertur noī meo oblatio mūda. Ex quo patz manifeste q sacrificia deo oblata que nullo mō erant in veteri lege accepta nisi in templo vel tabrnaculo q̄ in terra promissionis erāt fita. postea debebāt esse deo accepta ubiqꝫ scz ab ortu solis usqꝫ ad occasum. Quarto q lex mosayca tpalia bona promittebat in pmiū sue obseruantie et penas tpales in penā trāsgressionis eius qō patz leui. xxij. et deutro. xxviij. et in multis alijs locis. Lex vero noua ut patz p eius decursū spūalia bona promittit scz regnū celorꝫ et p penas spūales cōminatur ut est gehēna ignis. Cōstat aūt etiā apud phos q bona spūalia incōparabiliter excedūt tēpalia et ecōtra de malis oppositis. Ratio aūt huius diuersitatis est quia lex mosayca dabatur populo rudi adhuc imperfecto in cōparacōe ad perfectōnē que ventura erat in tpe noue legis. vñ Rabi moyses egiptius in sua exposicōne super libro cauhe drin ca. helech ponit exemplū ad hmōi remuneracōes tpales promissas intelligendū de puero qui puocatur ad discēdū liās p aliqua pua munuscula q̄ sūt in affectu eius. cōsequēter cū attingit ad etatē in qua ad honores afficitur puocatur ad discēdū p ꝫ q promittitur sibi gradus magisterij vel doctoratus. cōsequēter vero cū attingit ad cognōnē q p vtutē scientie aīa magis perficitur. tendit ad discendū amore ipius scie seu perfectōis. et sic in proposito. nā populus israheliticus cui lex fuit data rudis erat et nō erat in eius affectu nisi cupiditas terrenorꝫ et ideo p bona terrena seu tpalia inducebatur ad obseruacōnē p̄ceptorꝫ legis. ꝫ tpe messie qñ dimorꝫ cognitio magis debebat esse in mūdo. de quo tpe ysa. xi. Repleta ē terra scia dñi sicut aque maris operientis tūc lex noua p ipm dāda non habebat inducere ad sui obseruātiā p bona tpalia que minima sūt et q̄si nulla respū bonorꝫ spūalū. qua pter

magri tui dixerūt q̄ etiā lex quā tu addiscis in hoc seculo sc̄z in seculo veteris legis vana est respcū legis messie ut sup̄ fuit allegatū. ex quo pt̄z q̄ tps duracōnis veteris legis dr̄ seculū p se et vocabatur seculū sc̄z hol̄ā pñs respectu seculi messie qđ dicitur futurū. vnde rabi moyses in suo deutro. libro de iudicib⁹ titulo de regib⁹. capło. xij. dicit. Nō est inter holan. i. seculū istud et tpus messie nisi subiectio regnoꝝ. ex quo pt̄z manifeste q̄ sm ipm tempus veteris legis vocatur hol̄ā seu seculū p se distinctū a diebus messie. vnde in illo seculo tantuz a diebus messie distincto lex mosayca obligabat. Et sic intelligenda est hec dictio hol̄ā in observatione p̄ceptoꝝ legaliū posita. lex aūt noua sc̄z xp̄i obligat ad semp̄ hīc et lex nature Ex quib⁹ habes q̄ legi mosayce fuit termin⁹ p̄fixus siue duracōnis sc̄z lex noua in quā terminatur z ad quā disponit et in quā ordinatur hīc impfectū ad pfectū. ¶ Saulus.

¶ Video q̄ circa legē mosayca quedā cōcedis que nō p̄nt simul stare. cōcedis enī ipam datā fuisse a deo. et tū dicis q̄ ē impfecta. que quidē duo nō p̄nt simul stare. testatur enī scriptura. deutro. xxxij. q̄ dei pfecta sūt opa. Item asseris q̄ lex mosayca nō obligat ad semp. ꝫ solū in seculo terminato seu limitato qđ nō ptinet ad opus dei. legitur enī ecc. iij. q̄ oīa opera que fecit deus perseuerāt in eternū. et sic ista duo in cō possibilia sunt sc̄z q̄ illa lex sit a deo et tamen q̄ nō pseueret in eternum. ¶ Paulus.

¶ Ad p̄mū rndeo tibi q̄ pfectū p̄t dici dupliciter. vno mō qđ ē pfectū simpliciter put ptinet ad speciē seu naturā suam. Alio mō dr̄ pfectū nō simpliciter. ꝫ sm tēpus siue durationē Primo mō dr̄ homo esse pfectus ille qui ad pfectōnē hūane spēi attigit iam in etate pfecta. Sc̄o modo dr̄ pfectus puer qui sm tps ꝺ dicōnē attigit pfectōnē humane spēi. nō autē simpliciter. et isto modo recta p̄cepta que pueris dātur sūt quedā pfecta sm cōditionē eoꝝ quib⁹ dantur. et si nō sūt pfecta simpliciter. et talia fuerunt p̄cepta legis sc̄z pfecta sm cōditionē populi rudis cui dabātur ¶ Ad. ij. rndeo q̄ in illa autoritate eccīastici que dicit oīa que fecit deus perseuerāt in eternū. ubi in trāslacōne nra dr̄ in eternum in hebrayco hētur in hol̄ā. i. in seculū qđ nō signat duracōez etnā seu ppetuā ꝫ piodicā et limitatā ut ꝺ cēm ē. qđ verificatur de quolib⁹ ente. vnūqđq̄ enī durat seu pseuerat in seculo siue duracōnis

a deo determiato. et iste ē verus sensus et planus illius auto-
ritatis. falsū enī esset dicē de quolibz ente a deo facto. q̄ perse-
uerat in eternū. vnde et de lege mosayca verū est dicē q̄ pseue
rat in helam. i. in seculo suo, put iam fuit ostensum.

¶ Capitulu. vij. in quo ostēditur q̄ licz lex mosayca quo ad
plurima p̄cepta in eadē cōtenta nō obligat tpe legis noue
est tñ putilis ad multa quia oīa in ea contenta ad nostram
doctrinam scripta sunt.

¶ Saulus.

SI lex mosayca nō pseuerat nisi in seculo suo. qđ quidē
seculū ꝑm te in legem nouā terminatur sequitur q̄ lex
mosayca ꝑm te qui credis legē nouā iam venisse iam
non perseuerat et sic est iam ommino inutilis nec obligat ad
aliquid faciendū neq; vitandum quod est mcōuemens ma-
nifeste. nam ꝑm hoc lex mosayca ad quid occuparet membra
nas vīas. et quare in bibliotece volumie includeretur cū ad
nichilū valeret ultra. illud enī cuius seculū iam preteriit desi-
nit esse et in nichilū redigitur.

¶ Paulus.

¶ Absit a mente fidelium credere q̄ lex mosayca est mutilis
etiā post aduentū legis noue. nec etiā asserere licz q̄ lex mo-
sayca etiā tēpore gratie nō obligat ad aliquid faciendū neq;
vitandū. Ista enī sūt a veritate catholica oīmino aliena. pri
mū patet sic dicere enī q̄ lex mosayca vel etiam alia que in ca
nonicis libris veteris testamenti otinentur sūt mutilia post
legē nouā. est de directo otra apostolū nostrū quē in doctore
gentiū habemus qui vniuersaliter dicit. Quecūq; scripta sunt
ad nostrā doctrinā scripta sūt. illa enī que ad nostrā doctrinā
scripta sūt manifeste sūt nobis utilia qđ etiam discurrendo
potest haberi. discurrendo dico nō p singula generū. q̄ esset
valde difficile ꝛ p gña singulorū vel eorū plurima. Constat
enim ea que in sacra scriptura antiqui testamenti cōtinentur
sūt in quadruplici differētia. quia vel sūt hystorialia. ut ea q̄
narrant gesta que antiquis tpibz cōtigerūt vel sūt ꝓphetica
et hoc diuisimode. q̄ aut de ꝓterito ut cū moyses ꝓphetauit
de creacōne mūdi Gen. ꝑmo. cuius noticiā nō potuit habe-
re nisi p dīnā reuelacōnē. Aut de futuro ut cum ꝓphete ꝓphe-
tāt de aduentu messie et etiā de multis alijs quorū aliqua erāt
pro tunc futura. nunc autem impleta. Alia vero adhuc sunt

implenda in futuro. vel sunt sapientialia ut ea que p maiorē
parte in libris salomonis cōtinentur vel sūt legalia ut pce-
pta affirmatiua vel negatiua q̄ p̄cipue in pentateu co cōtinē-
tur. historialia aūt que narrātur in sacris scripturis magnā
nobis p̄stant spiritualē utilitatem sicut in historia diluuij q̄
narratur geñ. capitulo informamur de diuina prouidentia et
eius iustitia p quā deus oīa ammata pumuit. et noe iustū
cū sua posteritate reseruauit. Siliter ex historia Sodomoꝝ
iusticiam diuinā p malorꝝ pumcōnē percipimus et eius mi-
sericordiā p euasionē loth p̄ cibos seu meritis p̄iarche abra-
he ognoscim⁹ Idē de sūmersione egiptiorꝝ et liberacōe filio
rū israhel ab eorꝝ seruitute. et de multis alijs iusticijs dei qui-
bus iusti pumūtur. iusti vero remunerātur plene ognosci
tur et de talibꝫ in scp̄turis sacris contentis intelligi p̄t illud
psalmiste. Justicie dñi recte letificantes corda. Tales enī hi-
storie recte narrate iustorꝝ corda letificāt. Juxta illud psalmi-
ste. memor fui iudiciorꝝ tuorꝝ a seculo dñe et cōsolatus sū. Ex
pphetiis aūt sacris scp̄turis veteris testamēti multa nobis
ad doctrinā nr̄am accomoda accepimus. de creacōe enī mū-
di quā moyses pphetauit hēmus verā fidē de hac q̄ mūdus
nō fuit ab etno nec a seipo nec ab alio nisi tm̄ a deo de nichi-
lo pductus. in quo nōnulli phantiū errauerūt opposituī asse-
rētes. Silr et de aduētu saluatoris tūc futuro q̄ multa nr̄e salu
ti accomoda p pphetica vaticinia percipimus. vnde et de tali
bus p̄t verificari illud psalmiste qō de sacra scriptura dicitur
Testimoniū dñi fidele sapientiam p̄stans puulis. talia emm
pphetica testimonia sapientiā p̄stāt puulis sc̄z hominibus
quorꝝ cognitio naturalis oīuiter ad talia cognoscēda nō sūi
reuelacōne diuina attingit. Sapientialia vero in sacris scp̄-
turis cōtenta magnā nobis cōferūt utilitatē q̄ñq̄ in cognis-
cōne diuinorꝝ. q̄ñq̄ vero in cōmendacōne morꝝ et viciorꝝ ex
tirpacōne. ut patet ip̄a diligenter intuenti. de quibus p̄t dici
illud psalmiste. declaratio sermonū tuorꝝ illumnat et intelle-
ctū dat puulis. Precepta vero legalia. s. mosayce legis etiaꝫ
tempore legis noue maxime nobis cōferunt. quorꝝ quedam
sūt maxima tanq̄ oūa et p̄ma p̄cepta legis nature sc̄z dili-
ges dñm deum tuū ex toto corde tuo ꝛc̄. deutro. vi. Et diliges
p̄ximū tuū sicut te ip̄m. leuitic̄. xix. que sunt p se nota rationi
humane vel p naturam vel fidē. que quidē precepta licet sint

duo ꝓpter diuersitatē obiectoꝝ. sūt tamen vnū ex vnitate fi
mis. quia deus diligendus est ꝓpter se. et ꝓximus ꝓpter deū.
ad qō quidē p̄ceptū de dilectione. precepta decalogi referū-
tur sic̄ oclusiones ad p̄ncipia ꝑ quā. Et ideo de isto p̄cepto sc̄z
dilectōmis ꝓprie intelligitur illud psalmiste. p̄ceptū dñi luci
dū illuminās oculos. Sicut enī p lumen corꝑale visibilia co-
gnoscūtur corꝑoralia. sic per illud p̄ceptū alia p̄cepta supra
dicta cognoscūtur esse iusta. que quidē p̄cepta sc̄z tam p̄ma
q̄ p se sūt rōm hūane nota p naturā vel p fidē ut dictū est q̄
alia p̄cepta decalogi que ex p̄ncipijs ꝑ quib mamfesta cōsi de
ratione cognosci possunt in lege noua oīmo sūt obseruan
da. vnde et mgr̄ et saluator nr̄ de p̄mis dūob dicit. Matħ.
xxij. in hijs duob p̄ceptis lex pendet et ꝓphete. de p̄ceptis
vero decalogi dicit. Matħ. xix. caplo. Si vis ad vitā mgredi
serua mādata. nullus enī sane mentis asserē possit q̄ lex ve-
tus m qua hmōi p̄cepta saluti hūane necessaria a deo fuerūt
data mutilis fit tpe legis noue. nec etiā dici pt q̄ p̄cepta le-
gis mosayce de quoꝝ numero p̄cepta p̄dcā sūt nō obligant
tempore gratie.

¶ Capitulū. viij. in quo ostenditur q̄ in duob p̄ceptis de di
lectione tota lex pendet et ꝓphete ꝑm sentētiā saluatoris.

¶ Saulus.

Ojcta magistrī tui p te nūc allegata vidētur rōnabili-
ter impugnāda. Et p̄mo p̄mū. secō secōm. Primū e-
nim mamfeste dicordat cū toto ꝓcessu p̄ceptoꝝ in lege et ꝓ
phetis cōtentoꝝ in quo quidē ꝓcessu nō ponitur aliqua pē
dentia vnius p̄cepti ad alterū ꝑ q̄ōlibz illoꝝ ponitur tanquā
a deo p̄ceptū p se sine aliqua pendētia ad alterū. Dicē aūt q̄
in duob p̄ceptis de dilectione sc̄z dei et ꝓximi tota lex pen-
det et ꝓphete est oīmo sacre scripture mcōsonū. Itē istud p̄-
ceptū de dilectōne nō ponitur inter p̄cepta decalogi. nec de co
vidēr in decalogo facta fuisse mētio. Silr nec legitur fuisse da-
tū añ dationē legis. Dicē aūt q̄ p̄cepta decalogi referātur ad
p̄cepta de dilectōne qō nō fuit datū antequā decalogus da-
retur. et q̄ decalogus se haberet ad p̄ceptū de dilectōne sicut
cōclusiones ad p̄ncipia ꝑ quia nullatenus rōnē vidētur otine-
re. et sic illud dictū mgrī tui in quo dicit q̄ in illis duob pre-
ceptis sc̄z de dilectōne dei et ꝓximi tota lex pēdet et ꝓphete
remanet vacuū et inane. ¶ Paulus. ¶ Ad p̄mū qō obicis

contra dictū mgr̄i mei dicentis q̄ in duob⁹ p̄ceptis sc̄z de dilectōne dei et ꝓximi tota seu vmūsa lex pendet. ꝙphete. tibi rn̄deo q̄ hoc dictum est verissimū sicut et cetera alia q̄ in mei mgr̄i et saluatoris doctrina otinētur. Nam in duob⁹ p̄ceptis de dilectione sup̄dictis cetera p̄cepta diuina pendēt dupliciter. vno mō sic̄ conclusiones in p̄ncipijs. Nā sicut in speculatiua. veritas cōclusionū dependet ex veritate suoꝝ p̄ncipiorum sic etiā in practicis ratio particulariū agendoꝝ dependēt ex racōne suoꝝ p̄ncipioꝝ. Ex hoc ceni q̄ deus sup omnia ē diligēdus sequitur q̄ non est deus p̄ter ipm colendus. nec eius nomen in uanū sumendū et sic de alijs p̄ceptis in deū ordinātib⁹ Et sic patz q̄ p̄cepta in deū ordinātia manifeste pendēt ex p̄cepto de dilectōne dei mō p̄dicto. Idē est dicendū de p̄ceptis ordinantib⁹ in ꝓximū. ut cū dr̄ nō occides. nō mechaberis ꝛc̄. sc̄z q̄ omnia dependēt ex racōne istius p̄cepti. diliges ꝓximū tuū sic̄ te ipm sicut ratio cōclusionū dependet ex rōne suorū p̄ncipioꝝ. Alio mō p̄cepta diuina in sacris eloquijs tenta pendēt ex rōe suoꝝ p̄ncipioꝝ. in duob⁹ p̄ceptis de dilectō e sup̄dictis sc̄z in p̄mio debito facientib⁹ illa p̄cepta. nullū em̄ p̄miū debetur custodientib⁹ diuina p̄cepta nisi in dilectōne dei fundētur seu radicentur. qđ patz sic. nā exo. xx. in phibicōne ydolatrie deus ꝓmittēs penas trāsgressorib⁹. et p̄mia obseruātib⁹ sb dit. Ego sū dn̄s deus tuus ꝛ zelotes fortis visitās iniquitatē patrū in filios in terciā ꝛ quartā gn̄acōnē eoꝝ qui oderunt me. et faciens misericordiā in milia hijs qui diligunt me. et custodiūt p̄cepta mea. ex quo patz manifeste q̄ deus p̄miat p suā misericordiā custodientes sua p̄cepta si tamē diligūt eū. et oppositū de trāsgressorib⁹. Et sic habes q̄ p̄mia debita custodientib⁹ p̄cepta diuina pendēt ex dilectōne dei quā qui nō habet p custodiam aliorū p̄ceptoꝝ nullū p̄miū consequitur. et sic tota lex quātū ad rōnē p̄mij et p sequēs meriti dependet in duob⁹ p̄ceptis de dilectōne sup̄dictis. Et p hoc patz rn̄sio ad sc̄m obiectū tuū in quo dicis q̄ p̄cepta decalogi nō referūtur ad p̄ceptū de dilectōne eo q̄ nō fuit datū anteqū decalogus daretur. nec in decalogo fit mētio de hmōi p̄cepto. nā manifestū ē p aūctē p̄dcām q̄ in decalogo fit mētio de hmōi p̄cepto sc̄z de dilectōe dei q̄ requiritur ad quā dā dei misericordiam in custodientib⁹ p̄cepta diuina. vñ dicit faciens misericordiā hijs qui diligūt me et custodiūt precedat

mea ꝛc̄. et sic habetur exp̄ssa mentio de dilectione dei necessaria ad p̄ma cōsequēda. nō tn̄ ponitur dilectio dei p modū p̄cepti hic in decalogo. ꝫ p̄supponitur tanq̄ p se notū p naturā vel p fidē ut dictū est. ponitur tn̄ dilectio dei p modū p̄cepti. deutro. vi. ubi hoc p̄ceptū explicite et pfecte traditur. Silr et p̄ceptū de dilectōne proximi leuit. exp̄sse ponitur

℣ Saulus. ¶ Sic dilectio dei requiritur ad cōsequēdā dei misericordiā in custodientibꝫ p̄cepta diuina ut in autoritate p te allegata viꝺr otineri. sic custodia p̄ceptoꝝ diuinoꝝ requiritur in diligentibꝫ deū ad cōsequēdā dei misericordiā ut ptz p autoritatē p te allegatā in qua dicitur. faciens misericordiā hijs q̄ diligūt me ꝛ custodiūt p̄cepta mea. vñ nō magis pendet custodia p̄ceptoꝝ diuinoꝝ in dilectōne dei. ad eius misericordiā ꝺsequēdā q̄ dilectio dei in custodia p̄ceptoꝝ eius. vnde sc̄da ratio tua in qua dicis q̄ p̄cepta diuina pendēt in duobꝫ p̄ceptis de dilectōe dei quātū ad p̄miū nō videtur valere ratione p̄dicta. ℣ Paulus.

¶ Preceptū de dilectōne dei. put explicite et pfecte traditur. deutro. vi. oim̄ p̄ceptoꝝ diuinoꝝ custodiā includit. in hꝫ enī qꝺ ꝺr. ex toto corde. p̄cipitur q̄ tota nr̄a intentio feratur in deū. Ex hoc aūt q̄ ꝺr ex tota mente. p̄cipitur q̄ intellectus nr̄ sb̄detur deo in credendis qꝺ ē tota mēte deū diligē. ¶ In hꝫ aūt q̄ dicitur ex tota aīa. p̄cipitur q̄ appetitus nr̄ reguletur ꝫm deū qꝺ ē ex tota aīa deū diligē. ¶ In hoc aūt q̄ dicitur ex tota fortitudine. p̄cipitur q̄ exterior actus nr̄ obediat deo. et sic patz q̄ ad implēonē huius p̄cepti requiritur custodia ceteroꝝ mādatoꝝ dei. ꝫ in custodia mādatoꝝ dei seorsū sūpta non includitur dilectio dei. potest enī homo custodire mandata dei utputa nō furt tibi dn̄ aliem. honora patrē ꝛc̄. furne hoc q̄ diligat deū. vel q̄ hꝫ faciat ex dilectōne seu caritate dei. et ita faciens non dicitur transgressor p̄ceptoꝝ illoꝝ que sic obseruat q̄uis nō habeat habitū caritatis siue dilectōis dei. neq; hoc faciat ex amore dei. Ex quibꝫ ptz q̄ custodia mādatoꝝ dei includitur in precepto de dilectōne dei et nō econtra. et sic tota lex scz precepta legis pendent in precepto de dilectione dei et proximi modo p̄dicto. vnde si bene scrutatus fueris dicta doctoꝝ tuoꝝ reperies q̄ nōnulli eoꝝ asserūt multitudinē p̄ceptoꝝ mosayce legis in paucis vel etiā in vno tm̄ subsistē quod satis consonat predictis.

¶ Capm·ix· in q̄ ostēditur q̄ ꝑm doctores talmudicos multitudo p̄ceptoꝝ mosayce legis in paucis vel etiā in vno cōsistat qđ etiā cōcordat cū dicto saluatoris supdicto.

¶ Saulus.

Allega michi obsecro doctores nr̄os hoc qđ dicis asserētes. ¶ Paulus. ¶ In libro qui dr̄ machoth dique incipit. Isti sūt qui flagellāt̄r·quidā doctor talmudicus nomine Ra·camblai dicit q̄ p̄cepta mosayce leg̃ sūt·dc·xiij·quoꝝ affirmatiua sūt·cc·xlviij·negatiua vero sūt numero·ccc·lxv·et q̄ venit dauid et ostituit p̄dicta·dc·xiij· precepta in·xi· ut habetur in p̄s·Dñe quis habitabit in tabernaculo tuo r̄·ubi dicitur de isto·Qui ingreditur sine macula et opatur iusticiā r̄·qui facit hec nō cōmouebitur in eternū·ex quo infertur q̄ in illis·xi·p̄ceptis affirmatiuis r negatiuis que in illo psalmo cōtinēt̄r ostitit vis oīū p̄ceptorum mosayce legis quā tū ad p̄mū eternū·Nam ꝑm ipm dauid qui facit illa·xi· tantū securus est de hoc q̄ nō cōmoueat̄r in eternū·Sequitur in eadē aūcte·venit ysaias et constituit ea sup sex·ysa·xiij·ambulans in iusticijs et loquēs equitatē·et infra sequitur·ipse excelsa habitabit·in qua autoritate ysaie ponūt̄r sex opa meritoria super quibo concludit q̄ Faciens talia excelsa habitabit sc̄z m p̄mio eterno·Et sequit̄r ultra m p̄dicta autoritate venit Micheas et cōstituit ea sup tribus·Michee·vi·ānūciauit tibi homo quid est bonū et quid dominus petit a te utiq̄ facē iudiciū et diligere pietatez et humiliter ambulare cū deo vnde in istis tribo tm ꝑm Michēā oīa p̄cepta mosayce legis ostitūt cū dicit q̄ deus michil aliud petit ab hoīe misi illa tria·et sequitur ultio in eadē autoritate venit abacuk·et cōstituit ea sup vnū tantū·vnde abacuk·ij·Justus in fide sua vivit·Habes igitur ex autoritate predicti doctoris tui q̄ tota multitudo p̄ceptoꝝ mosayce legis in solo vno cōsistit·vnde nō mireris de vbis saluatoris nr̄i dicētis q̄ in duobo p̄ceptis de dilectōne tota lex p̄det et ꝓphete. ¶ Saulus· ¶ Multū discordat hec autoritas p te allegata ab aūcte mgr̄i tui·ipe enī dicebat q̄ in duobo preceptis de dilectione supradictis tota lex cōsistit·abacuc· autē dicit in vno·Itē illud vnū p̄ceptū assignatū ab abacuc est de fide·Illud aūt mgr̄i tui est de dilectione que sūt diuersa

p̄cepta. // Paulus. ¶ Licz aūctas doctoris tui in p̄dictis videatur deuiaē a veritate mḡri mei eo q̄ mḡr meus i duob⁹ preceptis dicit pendē totā legē. et doctor tuus in vno tm̄. Similiter in hꝭ q̄ mḡr meus declarat illud p̄ceptū in quo lex pē det esse preceptū de dilcōe et doctor tuus dicit ip̄m esse de fide. adhuc sufficēt tibi q̄ ꝑm doctores tuos multitudo p̄ceptoruz mosaice legis reducitur ad pauca vel ad vnum tm̄. quod erat intentū meū. Sz adhuc si bn̄ consideras ad eundē intellectū reduci p̄nt v̄ba euangelica magistri mei cū v̄bis ꝓphetice habacuk. Nam fides meritoria de qua agimus semp intelligēda ē cum dilcōne dei sine qua nullus actus possit esse meritorius. ut patet p̄ aūctem exodi sup̄ allegatā vbi dicitur. faciēs misericordiā diligentib⁹ me. Et ideo fides in qua homo viuit vita spūali intelligenda ē q̄ sit formata caritate seu dilcōne dei. Duo etiā p̄cepta de dilcōne vnū fūt ut dcm̄ ē supra. q̄ in vnū et eundē referūtur finē. et ideo v̄ba habacuc dicētis q̄ iustus in fide sua viuit intelligēda sūt de fide formata caritate. cum caritatis duo fūt p̄cepta q̄ ad vnū reducūtur ut dictuz ē. Et sic patet q̄ dicta magistri mei dicentis q̄ i illis duob⁹ p̄ceptis de caritate tota lex pēdet et ꝓphete stant in suo vigore tanq̄ veritissima impugnacōnib⁹ tuis non obstantib⁹.

¶ Caplm̄ x. in quo declaratur de quib⁹ mādatis mosaicē legis intelligendum ē verbuz xp̄i dicentis. Si vis ad vitā ingredi serua mandata mathei. xix.

// Saulus.

Hꝭ dio q̄d sentis circa dictū magistri tui de p̄ceptis de dilcōne dei. Sz circa scōz dictū suū quo dicit. Si vis ad vitā ingredi serua mandata. Mathei. xix. amplius mīstere nos oportet. Videtur enī ex hoc dcō q̄ ad habēduz vitā eternā oporteat seruare mādata legis mosaice de q̄ intēdit. Licet enī ibi exēplificet de p̄ceptis decalogi. non tamē ex hoc intelligi debet q̄ alia mandata excludē intēdat. p̄sertim cū alibi vniuersaliter loquēs dicit. Non veni soluere legē sed implere. Ex quo manifeste patet q̄ mandata mosaice legis non erant soluēda ꝑ ipsum sed implēda. cuius oppositum p̄ter alios discipulos suos vbiq̄ docetur et etiā implētur opere. cū omnia fere mandata diuine legis q̄ ꝑ moysen data fuerunt penitus euacuauit opere et ꝑmone docendo ea nō esse obs̄uāda.

q̄uod nō solū est contra' doctrinā ꝑphēticā in cuius fine' p̄ malachiā dicitur. Memētote legis mosi serui mei cui mandauī in oreb cerimonias z iudicia. sed etiā contra' doctrinā euāgeliī tui ut ex dictis patet.

Paulꝰ. Si es memor illoꝝ q̄ fuerūt tibi ostēsa in p̄cedēti tibi capīs huius distinctōis facilius hr̄e posses tuoꝝ obiectoꝝ solucōnē. Habes enī ex dictis supius q̄ p̄cepta mosaice legis ꝓbātur ea q̄ nō fuit de lege nature nō erant ꝑpetue obseruāda. et q̄ terminus duracōis mosaice legis vltra quē lex mosaica nō obligat in p̄dictis ē lex noua que data ē p xp̄m. Ex quibus sequitur q̄ dictū xp̄i dicēnis. si vis advitā ingredi ꝺua mādata. si intelligatur de oībus mandatis mosaice legis oportet illud restringere ad tempus duracōnis mosaice legis in quo lex mosayca obligat ad oīa p̄cepta in eadē cōtēta. infra quod tēpus necē erat ad habēdū vitam eternā omnia mādata seruare. et in eodem tēpore xp̄s locutus fuit illa v̄ba. Si autē cū dicitur. serua mādata intelligatur de mādatis decalogi vel de alijs moralibus in lege mosayca contentis. q̄ quidem moralia mādata cum ptineāt ad legē nature in ꝑpetuū durāt. tūc intelligēdū est dictum saluatoris se extendē ad oīe tempus. In oī enim tempore huius vitē seruāda sunt mādata decalogi z alia moralia in lege mosayca contēta.

Capitulū vndecimū. in quo ostēditur q̄ sūt illa p̄cepta mosaice legis q̄ dicuntur moralia que ꝝ duratio ē ꝑpetua in hac vita. et que sunt iudicialia seu cerimonialia quorum duracō est in lege noua terminata.

Saulus.

Mandata legis mosaice indistincte dātur seu indifferēter nō enī circa ea distinguitur qđ eoꝝ sit p̄ceptū morale seu ptinēs ad legē nature vel qđ eoꝝ ad hoc nō ptineat. Et ideo hec distinctō quā ponis circa p̄ceptoꝝ ꝺme legis duracōnē nō vidēr esse ꝛta ꝛ potius ābigua. vñ p̄cepta mosaice legis vidētur ēe oīa ꝑpetua vel nulla. Dicē enim q̄ q̄dā eoꝝ sunt ꝑpetuo duraturā q̄dam nō nō vidēr hr̄e rōnē nec aūctē.

Paulꝰ.

Mādata mosaice legis non fuerūt data indifferēter ut tu dicis. nā q̄dā eoꝝ ut sūt precepta decalogi fuerūt data solēmodo q̄ alia. Et primo in hoc q̄ illa tantuꝝ fuerunt a deo

data toti populo. Alia vero precepta fuerūt data moysi qui postea ea dedit pplo ut hētur exp̄sse deuter. v. ubi facta repetitione p̄ceptoꝝ decalogi statim subdit hec v̄ba. Locutus ē dñs ad om̄em multitudinē v̄ram in monte de medio ignis. Et infra i eode capitulo de alijs p̄ceptis dicit sic. Tu vero hic sta mecum r loquar tibi oīa mandata et cerimonias atq; iudicia q̄ docebis eos. Item p̄cepta decalogi fuerūt scripta a deo in tabulis lapideis ut patet exo. xxxj. et. xxxij. Alia vero p̄cepta nō sic sed in rotulo a moyse fuerūt scripta. Itē p̄cepta decalogi fuerūt posita in archa testamēti que fuit collocata i sancta sanctoꝝ. ut hētur. iij. Regum. v. ubi sic. Non erat in archa nisi tm̄ due tabule lapidee quas posuit ibi Moises huus dei i oreb. Ex q̄bo manifeste hētur maxia excellētia p̄ceptoꝝ decalogi cū p̄cepto de dilcōe dei in eis incluso ut sup̄ dem ērespcū alioꝝ p̄ceptoꝝ mosaice legis. vñ r illa p̄cepta. s. decalogi fūt oīno indispēsabilia r oñter ꝑpetuo duratura. cetera vēo dispēsabilia r nō ꝑpetua ñ sint de lege nature ut moralia p̄cepta.

¶ Saulus.

¶ Preter p̄cepta decalogi quoꝝ excellētia p; ex dictis fūt multa alia p̄cepta in lege mosaica de q̄bo non habetur certitudo neq; regula ad hoc ut sciatur an sint de lege nature an nō.

¶ Paulus. ¶ Precepta q̄ sunt de lege nature fūt illa q̄ ex dictamine naturalis racōis habētur. q̄ aliqua sunt que statim post modicā ꝯsideracōnē p̄nt approbari vel reprobari p communia p̄ncipia naturaliter oīibo cognita. vel p fidē ut fūt p̄cepta decalogi supradicta. Quedā vero fūt ad quoꝝ iudiciū requiritur consideracō diuersaꝝ circūstantiaꝝ quas considerare diligēter non ē cuiuslibz ꝫ sapiētuz. sicut cū bi. Coram cano capite ꝯ surge. et hmōdi. Cuius simile contigit in speculatiuis. s. considerare p̄ticulares ꝯclusiones scientiaꝝ que ex primis principijs speculatiuis deducūtur nō p̄tinet ad oēs ꝫ ad solos phos. et ideo in talibo sepe ꝯtingūt errores in speculatiuis in deducēdo a p̄mis p̄ncipijs ad cōclusiones p̄sertim longinquas. Et filiter ꝯtigit in opabilibo Nā ut ait phs in primo ethicoꝝ. bona autē r iusta de quibo ciuilis intēdit tantam habēt dīam et errorem ut videātur lege sola esse natura aut non. vnde considerandū est diligēter singula p̄cepta an sc; deducātur recte ex p̄mis p̄ncipijs iuris naturalis an non. Et sic p̄t cognosci que illorum sint p̄cepta

moralia ad ūs naturale ptīnētia·et q̄ nō. Possunt etiā ꝯ
sa p̄cepta q̄ nō sūt de lege nature in hoc q̄ ante legis datiōnē
indifferēs erat an sic vel aliter fieri deberēt·et tūc talia mani-
festum ē nō esse de iure nature·ut q̄ quis habeat duas so-
res coniunctas sibi mīmomaliter·put Iacob legitur habu
isse geñ.xxix·cap'lo·quod non phibitū fuit in lege mosayca·
ut habetur leuitici Habes ergo ex dictis q̄ p̄cepta mo
ralia in lege mosayca ꝺtēta quoꝝ p̄cipua sunt p̄cepta decalo
gi cum p̄cepto de dilcōne in eis inclusō sunt ꝑpetuo duratura·
cū ptineāt ad legē nature q̄ ꝑpetua est·Cetera vero p̄cepta ut
cerimonialia ⁊ iudicialia non sunt ꝑpetua·ꝫ eoꝝ duratiō fuit
tm̄ in seculo mosaice legis de q̄ supra fuit dictū·

¶ Capl'm·xii·in quo ostēditur q̄ cerimōialia ⁊ iudicialia p̄-
cepta sūt q̄dā determiatiōes moraliū p̄ceptoꝝ·Et q̄ illa licz
sint īstituta a deo tñ sunt mutabilia auctoritate diuina sine
p̄iudicio īmutabilitatis ipius dei·q̄ quidē mutatio cerimo-
rialiū ⁊ iudicialiū habetur etiā p doctores talmudicos·

¶ Saulus·

Dic michi q̄ sūt illa q̄ dñr cerimōialia ⁊ q̄ iudicialia·et
oīnter vñ habes q̄ ista nō fuerūt ꝑpetuo duratura·

¶ Paulus·

¶ Precepta cerimōialia sūt illa q̄ determināt p̄cepta moralia
ad deū·sic p̄cepta sacrificioꝝ ⁊ sacerdotū de quibꝫ dātur mul
ta p̄cepta in leuitico in plibꝫ capl'is·Silr ⁊ p̄cepta q̄ dabātur
de abstimētia ciboꝝ leuitici·xj·et de abstimētia ab aliquibꝫ ve
stimētis·leuitici·xix·Silr qd̄ p̄cipitur de fimbrijs faciēdis p
angulos pallioꝝ·nūi·xv·q̄ et multa alia similia ordinantur
ad deū p cultū debituꝫ sm statū illius ꝑsōe sub lege existentis·
Iudicialia vero dñr illa p̄cepta q̄ sūt determinatiōes morali-
um p̄ceptoꝝ in hijs q̄ ptinēt ad ordinatiōnē hoīm ad inuicē·
de quibꝫ agitur exo·xxj·et in alijs locis·Que quidē p̄cepta nō
hñt vim obligādi ex sola rōne ꝫ ex īstitōne·et sub quolibet
istoꝝ generū·s·p̄ceptoꝝ cerimoialiū ⁊ iudicialiū sūt multa
p̄cepta differētia nūo ⁊ etiam specie·de quibꝫ mḡr tuus Rabi
Moyses tractat in tercia pte sui libri de directiōe ꝑplexoꝝ red
dēs rationē līalē de singulis·Si nostri doctores magis ꝑprie ea
tradūt·reddēdo rōnē singuloꝝ nō soluꝫ litteralem sed etiam
figuralē· ¶ Saulus· ¶ Dic ergo michi cum p̄dicta

p̄cepta tā cerimonialia q̄ iudicialia distiguūtur a moralib⁹ p̄ceptis ut p te ē asserū. q̄re dicātur ista p̄cepta cermōialia seu iudicialia determiacōes p̄ceptoꝝ moraliū. ¶ Paulus. ¶ hoc qō petis tibi ostendā exemplificando p aliqua p̄cepta pticularia. ut ex hijs possis de alijs iudicare. Et p̄mo de cerimonialib⁹ de quoꝝ numero fūt sacrificia. Constat autez q̄ de iure nature est sacrificare deo, put phi tradūt. Nā in q̄libz gente rritu sacrificatur deo vero vel putatiuo. et sic pz q̄ sit de iure nature qō oīb⁹ ē oūe. Sz determiare certa sacrificia ēto mō fcā in certo loco rcū ceteris circūstantijs r mimstris hꝫ nō est de iure oūi nature. q̄ ista diuersimode fiūt in diuersꝫ locis r gentib⁹. vnde certa determiatio taliū nō ptinet ad ius nature nec p oēs ad moralē determiā. ideo tles determiacōes dñr cerimoiales nō morales. Silr in iudicialib⁹ q̄ latro restituat ablatū est de iure oūi oīb⁹ et ideo hoc ē morale. ꝫ q̄ aliquod furtum restituatur in duplū aliud vero in q̄druplū rhmōi ut exo. xxij. hoc nō est de iure nature ꝫ ex imstōne. et ideo non dr p̄ceptū moraleꝫ iudiciale. Et sic est intelligēdū de alijs determinacōib⁹ iuris naturalis q̄ nō fūt seruāde in lege noua. sicut nec sunt de iure nature sed ex imstitutione.

¶ Saulus.

¶ Lz ista p̄cepta tā cerimonialia q̄ iudicialia nō sint de iure naturali. fūt tñ ex imstōne dīna nō aūt hūana. Imstōnes aūt diuine immutabiles debēt esse. q̄ ut legitur nūi. xxiij. Nō ē deus ut filius hoīs ut mutet. Et ideo doctores nri dicūt ea esse ꝑpetuo duratura. vnde Rabi Moyses libro de iudicijs titulo de regib⁹. capo. xi. ubi loq̄tur de messia sic dicit. Lex ista scz mosaica cermōialia eius r iudicialia eius nō fūt mutabilia i seculū nec in seculū scī. nec ē addēdū sup ea nec diminuēdū. Et quicūq; addit vel diminuit vel extrahit vba p̄ceptoꝝ a sensu suo lrali indubie est impius r epicurus. hec ille.

¶ Paulus. ¶ Leges a deo imstitute mutari possunt sine mutacōne ipsius dei imstituētis. In prima enī etate ex imstitucōne dīna nō erat hoīb⁹ licitū edere misi de terre nascentib⁹. ut habetur geñ. primo. et tamen in scda etate post diluuiuz fuit eis licitū omedere aialia ut habetur geñ. ix. Ex quo pz q̄ deus immutabilis manēs statuta sua prout diuersis congruit tēporib⁹ mutat. Ex dictis autem magistri tui Rabi moy si non potes sumē contra me efficax argumentū ut sepe

dictum ē supra. pti cū in primo capło huius diſſinctōis ostensū ē q legi mosaice pt addi aliquid vel diminui. et etiam put in. v. capło ostēsuz ē q in aliquibꝫ pceptis mosaice legis videatur dici q fūt ꝑpetuo obſuāda. nō tn intelligēduz est de ꝑpetuitate absoluta ſz tm modo limitata scōm duracōnē mosaice legis ptaxatā. Sūt etiā aliqui doctores tui ātiquiores q Rabi moyses qui dicūt exꝑſſe de quibuſdā pceptis cerimōialibꝫ legis veteris q nō erāt duratura imꝑpetuū. et simliter ē dicendū de alijs. ¶ Saulus. ¶ Allega mihi rogo illos doctores nostros hoc sentiētes.

¶ Paulꝰ. ¶ In libro bereſich rabba genē. xlj. exponēdo illō ps. Dns soluit apeditos. sic dicit. omis bestia q immūda reputata ē in hoc seculo sc̄z tpe legis deus scūs et bñdictus faciet eā mūdā in futuro quēadmodū fuerant mūda primitus filijs noe. de quibꝫ dcm ē genē. ix. Sicut olus herbe dedit nobis omia. Quēadmodū enī olus mūdū fuit omnibꝫ. sic etiā omne aīal et bestie fuerūt mūde eis. s. filijs noe. Ita q in futuro tēpore deus erit absolutus quicquid ꝓhibuit. hec ille. Ex quibus ꝑz q ām istos doctores tuos omia ꝓhibita in veteri lege qō ab eis vocatur seculū istud. i. seculū legis mosaice erāt soluēda tpe futuro. s. messie. Et idē dicēdū ē de alijs cerimonialibꝫ q nō hñt maiorē rōnē manēdi q illa.

¶ Capłm. xiij. in quo ostēditur q fideles xpi nō sūt redarguē di de trāsgressione pceptī de ydolatria eo q adorāt sculptilia et imagies otra iudeos q eos oūiter cē ydolatras existimāt.

¶ Saulus.

ET si dimittamus loqui de cerimōialibꝫ seu iudicialibus de quibꝫ posses aliqliter subterfugē. quō tamē posses euadē manifestā trāsgressionē vīaz circa q̄daz pcepta decalogi q temerarie inter vos nō obſuātur imo violātur et nō seruantur a tuis fidelibꝫ. Decalogus aūt datus fuit solēmiter a deo ut ſ ꝑ te fuit allegatuz. et eius pcepta ꝑpetuo fūt obseruāda. nō enī data fuerūt cū aliq limitacōne tacita vel exꝑſſa. ut patz exo. xx. vbi eoꝝ datio primo narratur. et deutero. v. vbi ipa datio decalogi a moyse repetitur.

¶ Paulꝰ. ¶ Ostēde quō aliq pcepta decalogi a fidelibꝫ violātur seu nō obseruātur. ¶ Saulus. ¶ Duo pcepta de pncipalibꝫ decalogi in prima tabula otēta. s. pceptū de

phibicõe ydolatrie qõ apud vos ẽ primũ p̃ceptũ apõ nos vero scõm. Silr p̃ceptũ de obſuacõne ſabbati apud vos eſt terciũ. apud nos quartũ. manifeſtũ eſt q̃ tui fideles neutruz eoz ſeruãt. ſz ea omũiter z publice tranſgrediũtur.

¶ Paulꝰ. ¶ Oſtẽde michi qõ dicas p̃mo de p̃cepto ydolatrie. et oñter p̃cedamus ad p̃ceptũ de ſabbato.

// Saulꝰ. ¶ In p̃cepto de phibicõe idolatrie ſuñ dcõ tria legũtur eſſe phibita. vnũ ẽ q̃ nullus accipiatur ī deũ miſi ſolꝰ deꝰ ille ſcz q̃ eduxit pplm iſrl de egipto. qõ ſic patet. Nam cũ dixiſſet. ego ſum dñs deus tuus qui eduxi te de terra egipti. ſtatim ſubdit. non ſint tibi alij dij coraz me. Secũz ẽ q̃ nullus faciat ſculptile nec imaginẽ eoz q̃ in celo ſũt nec in terra. z ẽ. quod patet cum dicitur. nõ facies tibi ſculptile. Terciũ q̃ nichil talũ ſculptiliũ ſeu imaginũ adoretur. quod ptz cũ ſequitur. non adorabis ea neq; coles. Quodlibet autez iſtoz trium tranſgrediuntur fideles tui. manifeſte enim hñt fidẽ in deum xp̃m tuũ. qui quidẽ licet concedatur q̃ fuit meſſias. non tamẽ eſt ille deus q̃ eduxit pplm iſrahelitici cũ de egipto. vñ manifeſtuz ẽ q̃ recipiẽdo illũ meſſiã in deũ eſtis tranſgreſſores illius p̃hibitionis in q̃ dr. nõ ſint tibi alij dij coraz me. Item ecclie z oratoria vra plena ſũt ſculptilibz z ſimulacris atq; ymaginibz. qõ eſt manifeſte contra phibicõnẽ ſcõaz in q̃ dr. nõ facies tibi ſculptile. Itẽ p̃ſcripta ſculptilia ſeu ſimulacra adoratis z colitis et ſic manifeſte tranſgredimini terciam phibicõem. in q̃ dr. nõ adorabis neq; coles ea.

// Paulus. ¶ Preceptũ de phibicõne ydolatrie in decalogo otentũ obſuatur a fidelibz. put decet obiectõnibz tuis nõ obſtãtibz. Nã hñm xp̃m nr̃m deũ nõ trãſgredimur phibicõez timã in qua dr nõ ſint tibi dij alieni coraz me. ipe emm xp̃us ſm veritatẽ catholice fidei eſt verus deus ſcz et verus hõ. et ideo ipe eſt q̃ eduxit pplm iſrlitici cũ de terra egipti. filr q̃ creauit celũ z terrã z legem dedit moyſi in mõte ſynay. et ideo ſm deitatẽ ipius ſcõm quã oñia p̃dicta eiop ceũt ipm habemus in deũ. nec habemus ſcõm hoc miſi vnum deũ. et ſic nõ trãſgredimur p̃dictã phibicõnẽ.

¶ Saulus. ¶ Audio vba tua que tñ non comp̃hendũtur ab intellectu humano. Quomodo enim poſſz nõ ſolũ verificariſz etiã intelligi ſeu imaginari q̃ vna z ea dẽ res ſit creator et creatura. finitũ et infinitũ. et multa alia incompoſſibilia.

q̄ im p̄ dicta tua assertione includūtur. // Paulus.
¶ Certus sū q ista q̄ ad dignitatem xp̄i ptinēt tibi vidētur incompossibilia. Sz q ut supra dixi tibi quia de hoc misterio q singularē difficultatē in credēdis imponet maxie apō te qui nondū lumine fidei es illustratus in fra ē tractādū vbi int̄ me et te ē agendū de deitate xp̄i. ideo ad p̄sens de hoc supsedeamus vsq; ad ꝓpriū locū. Sz de secūdo in quo dicis nos transgressores esse sc̄e p̄hibicōnis in q̄ dicit. nō facies tibi sculptile nec ex hoc q̄ in oratoriis xp̄ianis nr̄is sint simulacra sculptilia hoīm ymagines z hmōi rñdeo tibi q illa p̄hibitio secunda de nō faciēdo sculptile simulacra z imagines ordinat̄ in sequētem p̄hibicōnē sc̄z terciā in q̄ dicitur. nō adorabis ea neq; coles. facere enim ymagines z simulacra nō ad adorandū ea sz ad rep̄sentandā aliquā veritatē vtilē ad otēplandū de diuinis misteriis seu miraculis z de aliis similibꝫ q̄ nō induc̄t errores sz ad mores ꝓficiūt nō intelligitur esse p̄hibitum in hoc p̄cepto de p̄hibicōne ydolatrie.
// Saulus. ¶ Littera simpliciter p̄hibz facere hmōi sculptilia etiā si nō adorētur neq; colātur. Non enim dicit. nō facies sculptile ad adorandum. sed p̄cise p̄hibet. non facies sculptile. vñ tua rñsio nō habet locū.
// Paul⁹. ¶ Si bñ ꝓfidēs nōce ē ut p̄hibicō de faciēdo simulacra z ymagines intelligatur mō p̄dicō. s. q̄ talia nō fiāt ut adorētur seu colāt. Cōstat enī in fabricacōe tabernaculi. exo. xxv. q̄ duo cherubī érāt sup ꝓpiciatoriū cū alis extēsis. qui quidē erāt in forma humana z mutuo se respiciebāt. et ista erant in sancta sanctoꝝ in loco sanctiori ceteris vbi dabantur diuina rñsa. vñ nūi. viij. cap̄lo dicitur q̄ cū ingressus esset moyses in tabernaculū federis audiebat vocē loquētem sibi in medio duorū cherubim. Aduerte igitur. si imagines humane ponebātur i loco tā sanctissimo vbi sedes dei rep̄tabatur. quō posses dicē q̄ imagines simp̄r p̄hibētur in decalogo. vñ oportet te occedē qd̄ dixerā. s. q̄ solū p̄hibētur fieri ut adorētur seu colātur ut deus. nō aūt si alia rōne accomodā seu vtili fiāt.
// Saulus. ¶ Responsio tua nō valet. Primo q̄ nō p̄bas q̄ cherubin essent imagines humane. Scōo q̄ nō ostendis q̄ tales ymagines sc̄z humane in illo loco aliquid vtile spūaliter rep̄sentarēt. ¶ Paulus.
¶ Qd aūt ymagines illoꝝ cherubim essent hūane hñtes alas

extẽsas in sancta scõꝝ satis declaratur in .iij. reg. vij. vbi in fabricatione tẽpli legitur. Scripsit q̃ in tabulatis illis q̃ erant ex ere cherubim z leones et palmas q̃si in similitudinẽ hoīs stãtis. Et idẽ .ij. paralipo. iij. Ex quibꝫ manifeste pꝛz q cherubin erãt imagines hũane. et in translacõne caldaica dr̃ iuuenes. et sic habes primuz qđ q̃rebas. Ad scõm vero qđ q̃ris ut ostendaz tibi quid tales imagines spũaliter repsentarẽt rñdeo. q qꝛ ꝓpiatoriũ repsentabat sedẽ dei z deus erat ibi q̃si loq̃ns moysi ut dicit̃ est. idcirco cherubim circustãtes repsentabãt ãgelos qui assidue assistũt deo. vñ ysaie. vi. cũ dr. Vidi dñm sedentẽ sup thronũ. z cẽ. sequit̃. Seraphin stabãt sup eũ sex ale vnꝰ z sex ale alteri. Sili z daniel. vij. cap'lo de deo dicitur. Milia milliũ assistebãt ei. s. ãgeloꝝ. Vnde ad hoc q moyses vel summus sacerdos intrãs scã scõꝝ eleuaret mẽtez suaz in diuinoꝝ otẽplacõne cõuemẽs erat ut essẽt ibi repsentatio diuine maiestatis in ꝓpiatorio quasi sup thronuz sedẽtis cũ assistẽtia ãgeloꝝ qui frequẽter in imagine humana cõsueuerunt apparẽ ut designetur eoꝝ intelligẽtia. siliter z cum alis ut designetur eoꝝ ꝓmptitudo et acceleracõ ad exeqñdũ diuina mãdata ut patet p danielẽ. ¶ Et in psalmo dicitur. Et ascendit sup cherubim et volauit. Ymagines aũt leonũ intra sancta scõꝝ ponebãtur ut summus sacerdos illuc intrãs ad orãdũ memoriã hẽret de regno iude qđ erat pncipale in israhel Ista enim tribꝰ portabat in vexillo suo leonẽ. vnde dr de iuda gen̄. xlix. Catulus leonis iuda. Et inter oraciones q̃s fũmi sacerdotes intrãtes scã scõꝝ faciebãt vna de pncipalibꝰ ẽ. Nõ auferetur sceptrũ de iuda z cẽ. ut hẽtur in libro Jana. In q̃ oracõne ꝓ pseuerãtia regni iuda orabat z etiaz ꝓ aduẽtu messie ibi cũ dr. donec veniat qui mittẽdus ẽ. Et de illo verificatur. Surget leo de tribu iuda. Et sic habes q imagines ponebãtur a veteri lege in loco sanctiori. et etiã rõnes quas petis.

Saulus.

¶ Si in sculptilibus seu simulacris non ꝓhibeatur factõ sed sola adoratio. suffecisset hoc solum prohibere dicendo non adorabis sculptilia neq; colas ea. Supfluũ fuit ergo dicẽ. non facies tibi sculptile. si factõ sola sculptiliũ nõ essẽt ꝓhibita.

Paulus.

¶ Nõ ẽ supflua illa ꝓhibicõ de factõe sculptiliũ. qꝛ q̃ fac̃ sculptile z illõ adorat ẽ trãsgressor duoꝝ pceptoꝝ. si aũt adorat

sculptilia iam facta q̄ ipse nō fecit est trāsgressor vr̄īs p̄ce-
pti tantū. ¶ Qui autē facit r nō adorat nec cū intētione adorā-
di hoc facit non est transgressor alicuius p̄cepti. et sic habes
planū sensū hui⁹ p̄hibicōnū ex quo nō potes nos arguē de
eay⁹ transgressione. Simulacra emm et ymagines q̄ omūiter
fiūt in oratoriis nostris non adorātur neq; colūtur ut deus. ꝫ
fiūt p̄cipaliter ad hoc ut homines p̄sertī simplices ad me-
moriā reducāt gesta seu facta sanctoy⁹ vtuosa seu meritoria.
ut inde excitētur ad laudē dei r ad eoy⁹ imitacōem. hoc enim est
utile omuniter desiderātibꝰ iuste viuē. vnde ysaie. lj. capitu-
lo. Audite me q̄ sequimini iusticiaz r q̄rentes dñm intuemi-
ni abrahā p̄trem vr̄m. r c̄. Si igitur cōsiderari seu intueri abra-
hā oculo mētali ꝺsulitur seu p̄cipitur a ꝓpheta ad ip̄ius abra
he imitacōnē. depingē abraham cum immolacōe ysaac utile
est ad reducendū memorie virtutē ipsius abrahe r eius obe-
diēciam ad deū. Ex visis enī fit plūs mouetur animus. vnde
ad istum finē ymagines sanctoy⁹ in eccl̄iis nostris ponuntur
scz ut eoy⁹ opa vtuosa memorie reducātur ut p hoc, puocen-
tꝫ hoies ad scōy⁹ imitacōnē. Non aūt ponūtur ymagines p̄d cē
ad hoc q̄ adorētur ut deus. ‖ Saul⁹. ¶ Et si nō
ponantur ymagines in oratoriis vr̄is, put tu asseris ad ꝫ q̄
adorētur. adorātur tn̄ de fcō ut ē manifestum. et sic estis trans
gressores p̄dicte p̄hibicōnis diuine in decalogo contente et
hoc omūiter r freq̄nter. ‖ Paul⁹. ¶ Nō ois adoracō fcā
creaturis est p̄hibita. ꝫ sola adoracō illa q̄ soli deo debetur q̄
apud nos vocatur adoratio latrie. Si enim nulla adoratio
posſ licite creaturis fieri abraham amicus dei non adorasſ
Et hoc. qō tn̄ legitur fecisse gen̄. xxij. neq; dauid qui fuit scūs
adorasſ saulē. quod tamen fecit. ut habetur j. Regū. xxiij. et
sic de multis alijs. Ex quibꝰ constat q̄ aliqua adoratio po-
sit fieri creaturis. et talis adoracō apud nos vocatur adora-
tio dulie. Adoratio tn̄ latrie soli deo ē exhibēda. nō aūt crea
turis mq̄ tūsūt creature. et ideo adoratio quā nos exhibemus
scōy⁹ ymaginibꝰ nō ē intelligēda adoracō latrie ꝫ adoratio
dulie q̄ creaturis excellētibꝰ posſ sine p deo exhiberi ut; exē-
plis supdcis. ‖ Saul⁹. ¶ Video q̄ manifr̄ adoratis deū
et scōy⁹ vr̄oy⁹ imagies. et qō deterius ē crucē r ymagines cru
cifixi vr̄i sūma adoracōne adoratis ut ē manifestū.
‖ Paulus. ¶ Et clarius ista intelligātur scire debes q̄

adoracõ latrie principaliter consistit in corde. s. cũ homo cordialiter se subiicit deo adhereõ et tanq̃ principio veritati in credẽdis. et tradẽdo se suis obsequijs seu preceptis in agẽdis. Nõ quidẽ vere fit cũ homo timorẽ dei filialẽ seu sanctũ in corde hz. De q̃ vera adoracõe dicit psalmista. Adorabo ad templũ sanctũ tuũ in timore tuo. Talis enim adoracõ mẽtalis cum timore dei sancto qui permanet in seculum seculi fit et in hoc principaliter consistit vera adoratio. Et q̃ naturale ẽ hominim significare conceptus suos interiores per alia q̃ signa exteriora. vnde plus in primo periarmenias. Voces sunt eaq̃ sũt mamina passionũ note. Ideo oportuit ut adoracõ mẽtalis q̃ principalis est per alia q̃ signa exteriora manifestaretur ut puta per indinacões corporales vel genuflexiones et huiusmodi. Que quidem signa exteriora non eadem sunt apud nos omes nec vbiq; sp ꝑ diuersa secõm diuersitatem temporũ et regionũ. Voces enim seu locucões diuerse secõm diuersitatem linguaq̃ in diuersis tẽporibꝫ seu regionibꝫ cosdẽ conceptus seu similes signant. et sic ẽ de adoracõnibꝫ exterioribꝫ. s. q̃ licz adoracõ mentalis supdicta eadẽ sit seu eiusdẽ rõms apud omes. adoracõ tñ exterior q̃ interiorẽ signat adoracõnẽ non ẽ eadẽ ꝑ diuersa secõm diuersitatẽ temporũ et regionũ. Cõstat autem q̃ reuerẽtia q̃ erat exhibẽda locis sacris tempore antiquo significabatur per amotionẽ calciamẽtoq̃. ut habetur exodi. iij. et Josue. v. q̃ a magnis iã temporibꝫ talis reuerẽtia exterior non exhibetur locis sacris. Racõ huius diuersitatis ẽ. q̃ signa exteriora nõ naturaliter ꝑ ad placitũ significant conceptus interiores. et ideo talia signa exteriora freqñter variãtur. vñ in ꝓposito inclinationes corporales seu genuflexiones q̃ forte aliqñ significabãt adorationẽ latrie interiorẽ iã a magnis temporibꝫ non ꝓprie hoc significãt. ꝑ omuniter adorationẽ omunẽ tãlatrie q̃ dulie. et ideo licite pñt fieri tales adoracões exteriores creaturis excellẽtibꝫ ut sanctis. et etiã potẽtibꝫ salua tñ rectitudine intẽtionis in ꝯceptu interiori ꝫm quãnunq̃ adoracõ latrie supradicã dz fieri nisi ad solũ deũ. et hoc obseruatur seu sp dz obseruari apud catholicos. et sic nõ debẽt notari de transgressione ꝓhibicõnis ꝑ dicte sz. ne q̃ adorabis ea. ꝛc.

V Saulus.

Quid dicis de adoracõe crucis ꝛ crucifixi q̃ sũt audiui a vetoribꝫ tue gẽtis adorãtur adoracõe latrie. et tñ constat q̃ non sunt

dñi ergo p talē adorationē manifeste transgredimini phibicōnem decalogi dicentis non adorabis.

¶ Paulus. ¶ In qualibz imagine pñt duo cōsiderari. Cnū ē qd est illa imago sm se. aliud vēo quid repñtat illa imago. Prio mō crux vel crucifix9 ligneus seu metallinus sm se mō nō adorātur nec debēt adorari. cū sm se nō sūt aliud nisi res elemētares ⁊ corruptibiles. Scdo mō sūt adorāda adoratiōne latrie repsentāt enī deū crucifixū. de cuius deitate tractāduz est inferius ut dictū fuit supra in multis locis. Cñ p̄supposito q̄ crucifixus ille quē repsentāt est verus deus. manifestū est q̄ illa imago ipm repsentās inquātū talis ē adorāda ut ipe deus. eodē enim motu mouetur animus in repsentantē ⁊ repsentatū inquātum scdo modo suprad cō consideratur.

¶ Caplm. xiiij. in quo ostēditur q̄ fideles xp̄i non sūt transgressores p̄cepti de observatiōne sabbati put hebrei false estimāt. et q̄ dies dñica successit sabbato in hac observatiōne.

¶ Saul9.

Cōstat qdē p̄suppoms. s. q̄ deus verus ē seu fuit crucifix9. Si q̄ de hac deitate tui messie te asseris tractaturū. placet michi tolerare donec illud inter me et te tractetur. Si ad pñs ⁊ sm de fabricatiōē ⁊ adoratiōē imaginuz aliqliter possis euadē. nulla tñ tergiuersatiōne celare poteris q̄n estis manifeste transgressores p̄cepti de sabbato qd est q̄rtū p̄ceptū decalogi apd nos. terciū vēo apud vos. apd oēs tñ vltimū p̄ceptū est pme tabule. in qua p̄cepta ordinatia ad deū ponūtur. Cōstat tñ q̄ oīa opa seruilia tā mechanica q̄ alia in die sabbati opanti nulla mētione facta de sanctitate illius diei tā solēniter in decalogo data et multipliciter in pēthateuco ⁊ alijs libris pphetalibz repetita.

de fundamētis fidei nō solū apud nos sed etiā apud tuos. tu
us enim magister Rabi moyses egiptius in suo deutrono=
mio in titulo ꝑmo ꝑmi libri capitulo ꝑmo dicit hoc esse pri
mū fundamētū ommū fundamentoꝝ mosaycē legis. Et hoc
est cōmune apud tuos ubicūq; de hac materia loquuntur sc;
q deus solus celū creauit et terrā et omnia quem eis fūt nul
lo exteriori adiutorio cooperante sc; alicuius creature. vnde
et talmudici tui dicunt q deus nō creauit angelos in prima
die ne forte crederetur q angeli fuissent coopatores seu co=
adiutores in creacōne mundi. ꝫ psalmista in p̄dicta autori=
tate testatur q vbo dei celi facti sūt. ubi eni trāslatio tua dicit
firmati sunt. in hebrayca litera dicitur facti sunt. Et sic sequi=
tur q deus p verbum suum celos fecit. similiter et testatur q
deus p spiritum oris sui fecit seu creauit omnes virtutes seu
exercitus celoꝝ. ex quo sequitur q deus per spiritum suum
hoc fecit. Cum autē de ratione verbi est q distinguatur a di=
cente seu ꝓferente. similiter et de ratione spiritus oris eius ut
distinguatur ab inspirante. sequitur q spiritus p quem virtu
tes celoꝝ facte fuerūt ē deus alius ab inspirāte. Et sic in hac
autoritate trinitas quā predicamus exprimitur q̄ est vnus
deus creator mūdi in qua quidem trinitate spiritus est ter=
cius in ordine triū psonaꝝ. et sic habes q in asserēdo spiritū
sanctum esse deū alium a patre et filio non fit aliqua additio
que contrarietur seu cōtradicat eloquijs diuinis imo eis ma
nifeste conformatur. ¶ Saulus. ¶ Nimis stricte in
telligis hoc dictū. verbo dñi. similiter et spiritu oris eius. In=
telligis enim verbum similiter et spiritum ut aliquid existēs
in deo et a deo realiter distinctum cum tamen non sit necessa=
rium sic ista intelligere. per verbum enim dei et spiritum eius

q̄ in hoc loco otinet̄ur suffecit intelligere mādatū dei seu eius
p̄ceptū; put ip̄e met p̄s in h̄ eod̄e psalmo declarat dicēs i hac
ꝑa materia. s. creacōis mūdi. Ipse dixit ⁊ facta sūt ipse mā-
dauit ⁊ creata sūt. Ꝑ ñ nō aliud intelligēduz ē de h̄ qō dr. verbo
dñi celi firmati sūt. nisi q creature fuerūt facte p mandatum
dei vel eius impium seu voluntatem.

Paulus.

Circa hoc q dr. verbo dñi. qō ꝑm veritatez figficat filium dei
non ē ad pñs insistēdū. qiā de hoc q in diuinis sit filius sup̄
est ostēsū. Ꝑz manifestum ē in hoc qō dicitur. et spū oris eius
intelligitur aliquid intrinsecū deo ⁊ ab eo p̄cedēs. qō non p̄t
esse nisi deus et a deo p̄cedēs. suffeciss̄ enim dicere. et spiritu
oris eius omis exercitus eor̄. ad denotāduz q de mādato dei
facti fuerūt celi ⁊ huiusmodi. Ꝑz apponēdo spū oris eius ma-
nifeste ostēditur q spūs de quo loquitur est intrinsecus deo et
a deo inspirāte distinctus. et sic intellexerūt rabini tui istā aūctē-

Saulus.

Ꝟbi q̄so inuenisti Rabinos nr̄os sic exposuisse.

Paul⁹. Sup̄ in cap̄lo. v. h⁹ dist inctōis allegaui tibi
quādā aūctem q̄ in glosa magna sup̄ gen̄. q dr bereschi rab-
ba. cap̄lo. xliij. h ētur vbi sic Rabi symeō dicit. Ꝺic inspirauit
seu sufflauit deus spm̄ suū ⁊ creatus ē mūdus sic in ps dicitur
Spū oris eius omis vtus eor̄. hec in glosa, sup̄dcā. Ex q̄ ꝑz
q hoc qō dr. spū oris eius. intelligēdū est p modū inspiracōis
seu sufflationis q̄ in rebus creatis. a quibus cum loquimur de
diuinis necesse est accipe aliquā filitudinē nō nisi ab extrinse
co, p̄ceditur. et sic oportet q illa res inspirata sit deus. cū nl ē
in deo quin sit de⁹. Similiter necesse ē q sit alius ab inspirāte
ex nēcitate oppositōis relatiue. et sic manifeste consonat ex-
positioni mee.

Saulus.

Licet ille Rabi Symeō quē allegas fuerit de magnis ⁊ nāti-
quis doctoribus nr̄is. ē tñ vnus singularis cuius dcm̄ nō suffi-
cit ad cōcludēdū in tanta materia. Et ideo si alias aūctes ha-
bes ad ꝓbandū q spūs scūs sit deus allega.

Caplm. xliij. in quo ostēditur q in diuinis est tercia ꝑsona
scilicet spūs sanctus ex auctoritate ysaie. xlviij. ubi dicitur.
Et nunc dñs misit me ⁊ spiritus eius. quibusdā in hebreoruz

cauillationibꝫ nō obstātibꝫ.

¶ Paulus.

Licet verus est q̄ Rabi Symeon ille quē tibi allegaui est tantus vnus doctor. tamen dicta sua habēt auctoritatem a ceteris doctoribꝫ tuis inquātum sua expositio in hoc loco nō fuit reprobata seu condemnata. nec etiaꝫ legitur cōtradictā esse ab aliꝫs sed collocata fuit in illo libro antiquo supra allegato tanq̄ vera et non repugnans fidei et veritati. nichilominus tamen exquo aliās vis auctoritatē allegabo tibi vnam que tibi debet sufficere. Que quidē auctoritas ē illius ꝓphete euangelici ysaie qui de misteriꝫs fidei nostre q̄ plurima et magna prophetauit. Dicit enim in capitulo. xl viij. sic. Attēdite ad me audite hec. nō a p̄ncipio in abscondito locutus sum. ex tempore quo facta fuit ibi eram et nunc dominus deus misit me ⁊ spiritus eius. hec ille. Ex qua auctoritate habes q̄ ille qui a principio nō in abscōdito locutus fuit sc̄z ipse deus qui a principio cum populū israhelē ad se applicassꝫ eis dādo legem in monte synai non in abscōdito locutus ē sed palā ⁊ publice cunctis audiētibꝫ legem dedit ut habetur exo. xx. Qui quidem deus in eodē tempore sc̄z dacōnis legis ibi erat. et quia ipse deus qui locutus ē palaꝫ in dacōne legis postea fuit missus in mundū p assumptionē carnis ad redimēdum genus humanum. de q̄ assumpcōne in distinctōne seqūti deo duce ē agendū. ideo dicit. Et nūc deus misit me et spiritus eius. In q̄ auctoritate manifeste exp̄mūtur tres psone diuine de quaꝫ q̄libet ncē est dicere q̄ ē deus qui locutus est palam. Exprimitur enim ibi deus missus qui statim de se ante prędixerat. Non a principio in abscondito locutus sum. ⁊c̄. Similiter exprimitur ibi deus mittens. cum dicit. dominus misit me. Similiter exp̄mitur ibi spiritus dei mittens cū dicit. et spiritus eius sc̄z misit me. Deus enī nullo modo intelligi debet missus nisi a deo. Et sic ex ista auctoritate planeꝫ sane intellcā habetur distinctō triū psonaꝝ in diuinis. q̄ꝫ tercia psona est spiritus sanctus qui ē verus deus inquātū dicitur q̄ spūs dei deū mittit. Est tamē distinctus a deo misso de quo dicitur. dominus misit me. q̄ inter mittentem ⁊ missum ncēria est distinctō psonalis.

¶ Saulus. ¶ Duo p̄supponis in expoicōe huius auctoritatis ysaie q̄ nō probas nec etiā sunt consona littere.

et ideo ex illa aūcte nō habes intentū. Primo enī p̄supp̄onis q̄ ille de quo dicitur q̄ fuit missus a deo est verus deus qui dedit legem gēti nostre israhelitice. quod non ē verum. Magistri enim nostri cōmuniter exponūt illud qđ hic dicitur. Et nūc dñs misit me. de ysaia qui fuit a deo missus. ut habetur ysaie. vi. ubi cum dicitur a deo. quē mittam aut quis ibit pro nobis. respōdit ysaias. ecce ego mitte me. cui deus dixit. vade et dic populo huic. rē. vnde de ista missione in hoc loco. p̄phēta loquitur. Nec valet contra hoc dicere q̄ iste missus a deo dicit de se statim supra. a tempore quo fuerāt ibi eram. qđ intelligitur a tempore dationis legis in quo tēpore ysaias nondū erat natus ut ē manifestum. hoc enim non obstat p̄dicte expositōi. quia ut mḡri nostri dicūt sicut ī mōte synay moyses recepit legē a deo sic eodē tp̄e loco omēs p̄phē fuerūt ibi quātū ad aīas. ibi vnusquisq; recepit p̄phetiā suā. quam postea quilibet eor̄ tempore suo p̄phetauit. Et hanc sentētiam tenēt omēs magistri nostri ātiqui fere qui hūc passum exposuerūt. vñ ex hac aūctate p̄m hāc verā suā expositōnē nō ꝯcluditur misi esse vnus deus qui ysaiaz misit. Spūs enī dei de quo hic dr̄ q̄ misit ysaiā nō ē verus deus. ꝫ ē spūs p̄phicus creatus quē habuit ysaias a deo. p̄ quē ysaias prophetauit vñ si recte hāc aūctatē intelligis nichil facit. p̄ te ratione p̄dicta. Sc̄ō p̄supponis in tua expositōne. q̄ verus deus fuit missus a deo passumptionez carnis. qđ non p̄bas nec p̄bare valebis. Item sunt quedam in littera precedētia et sequētia hanc auctoritatem. q̄ nullo modo consonant tue expositōni. Si quia dicta sufficiunt pronūc. ad tuā expositōnē euacuandā. ideo illa ad presens omitto.

Paulus.

Expositō mḡror̄ tuor̄ in q̄ dicūt q̄ ysaias ē ille de q̄ hic dicitur. nūc dñs misit me. rē. est manifeste falsa tanq̄ fundata in fundamēto falso et erroneo. Fundatur enim in hoc q̄ aīa ysaie animē aliorū p̄phetarum fuerunt in monte synay tempore dationis legis anteq̄ ipi nascerētur. et ibidem receperūt prophetias suas prout tu nomine eorum recitas. Et verum ē q̄ magistri tui hoc asserunt in predicta expositōne. sed hoc ē manifeste falsum. Nam scōm naturalis rōnis dictamē aīa rationalis tunc incipit ēe cum in corpore humano sibi coaptato infunditur. Anima enim scōm veraz fui diffinitōez a phis

traditam est pfectio corporis phisici organici ut habetur .ij. de anima. Cōstat autē q illud quod ē pfectō alicuius corporis, nō habet esse ante formacōnē illius. Et sic patet q predictum fundamētum est falsum. Quod autez sit erroneū patet nā hoc ē cōtra sacre scripture testimoniū. Legitur enim zacha. .xij. Ego dominus formans spiritum hominis in medio eius. Quod vbuz expoitur a Rabbi Cahadia et a Rabbi Nūbi conformiter ad pdictā diffinicōnē anime. Dicunt enim q per hoc quod dicitur formās spirituz hominis in medio eius intelligitur q creator creat aiam cum pfectōne figure corpis humani. et est omnium expositio pdicti vbi. Hoc etiā sonat huic qđ dr gen. .j. Formauit igitur deus hominē de limo terre et inspirauit in faciē eius spiraculuz vite et factus est homo in aiam vīuentem. Ex quo patet q anima creatura infunditur in corpore humano formato. Et sic patet q nullo modo de ysaia potest intelligi illud quod dicitur. a tempore quo fuerāt ibi eram. quod intelligitur a tempore dationis legis secūdū omnes. Nec etiā quod ibi legitur immediate ante. s. non a pncipio in abscondito locutus sum. potest de ysaia intelligi. nec de aliquo hominē puro nisi solum de deo legisdatore. Doctores enim qui in libro qui dicitur Inequilia. exodi. xix. Venert in desertum synay et castrametati sunt in deserto. expresse dicūt q hoc qđ dicitur per ysaiā. nō a pncipio in abscondito locutus sum. intelligitur de datōne legis q publice fuit data. et ē sīa omnium oim expositoz nostroz. Ex quo seqtur manifeste. q illđ qđ immediate in eodē textu dr. s. nūc deus misit me et spūs eius intelligatur de illo qui nō a pncipio in abscondito locutus ē. et c. qđ nō nisi de deo vēo intelligi pt. Ad hoc aūt qđ dicis me pponē qđ nō, pbo. s. q verus deus missus ē per assumpcōez carnis et c. Verū dicis q hoc tibi nō, pbaturus sz nūc. sed hoc pro dei gratiā, pbaturus sū in sequēti distinctōne vbi de diuinitate xpi est agendum. Ad terciuz qđ dicis. q sunt qdam in pdicta auctoritate precedentia et sequētia qđ nullo modo cōsonant mee expositioni. exprime illa et deo duce sufficiēter respondebo tibi.

Saulus.

Anteq̄ de alijs precedētibus et sequētibus contra te obiciam volo tibi ostendē q hec vba q allegas sm te exposita faciunt manifeste contra te. Vis enim existis vbis sal. nunc

dominus deus misit me et spiritus eius inferre q in diuinis sunt tres psone distincte. scilicet deus mittens. et spūs scūs mittēs. et filius dei missus. Si bñ attendis ex hijs vbis seqr tur q sūt q̄tuor psone in diuinis. quod ut credo tu etiaz non admitteres. Primū assumptū ptz. nā in predictis vbis primo nominatur deus. non enim dicit. et nūc deus misit. sed. et nūc deus misit me. ecce duo. dicis etiā q ille missus est deus. et sic sunt tres psone. dicis etiā q in hoc qō sequitur. et spūs eius. exp̄mitur alia psona diuina mittēs quā etiā asseris deū mittentē. et sic ꝑm te sunt q̄tuor psone diuine. qō tu ut credo nullo modo admitteres.

Paulus.

Dixi tibi q cum de hoc misterio sancte trinitatis agēdum oporteret diligēter scrutari sacra eloquia. non autē superficietenus. vñ in ꝓposito debes attendē formaz in q̄ illa duo nomia ponūtur. s. illa pro quibo in translacōne nra hētur. dñs deus. Primū enim nomē qō ponitur ibi est adonay scriptum cum hijs litteris. a. d. n. y. cuius quidem nois ꝓpria figmficacō est dñs deus. Secōm nomē qō ibi ponitur est nomē dñi tetragrāmaton qō est nomē dei ꝓpriuz et incōmunicabile creaturi. qō quidez nomē scribitur cum alijs litteris a p̄dictis. s. y. h. n. h. vñ si ꝓpe transferātur hec noia ꝑm veritatē hebraice lingue dicēdum sic. Et nunc dñs meus. y. h. n. h. y. h. misit me. et illa duo noia quoz vnū est ꝓpriū diuinū. et aliud est nomē adiectiuū nullo mō signāt duo suppositā ꝛ tm vnū. sicut cū dr. dominus meus rex. h mō nō signāt duo suppositā ꝛ vnū tātū. et ideo ratio tua nō facit cōtra me. Ex illis enim duobo noibo p̄mis habemus vnū suppositū. s. psonā p̄is in hoc quod dr dñs deꝰ. In hoc q dr. misit me. habemus scōm suppositū. scz psonā filij missi. In hoc q dr. et spū oris eius. habemus terciū suppositū scz psonā spūs sancti. Vnde in hac auctoritate non solum tres psone diuine exprimūtur distincte. sed etiaz ordo earū ostēditur. et ideo si habes alias obiectōnes litterales contra meam exposicōnem propone eas. ut videamus cuius valoris sint.

Capitulus decimū quartū. In quo exponitur auctoritas ysaie supradicta extēse. ut ex illa sane intellecta probetur intentum supradictum.

¶ Saulus.

Si bñ scrutentur precedẽtia et sequẽtia hanc auctoritatem quam allegas manifeste patet · q̃ propheta nõ loquitur hic de messia seu xp̃o venturo · ꝫ de Cyro qui populũ israhel redemit de babilonica captiuitate · Legit enim statim ante predicta v̈ba que allegas · dominus dilexit eum et faciet voluntatem suã in babilonẽ et brachium suum in caldeis · ego locutus sum et vocaui eũ · adduxi eum ꝛ directa est via eius · Que quidem v̈ba scõm omes expositores tam catholicos q̃ hebreos exponũtur de Cyro quẽ deus direxit ad faciẽdum voluntatem suam in babilonẽ educẽdo populuz suũ de illa captiuitate · ad quod vocatus fuit a deo ut habetur ysaie · xlv · capitulo · et ꝓsperatus est in via sua · ut habetur Esdre primo · Et sequitur statim. Accedite ad me · ꝛc̃ · q̃ est auctoritas p te allegata · Post autem dictã auctoritatez cũ quibusdam q̃ sequũtur ad illam ptinẽtibus sequitur in littera · Egredimini de babilonẽ fugite a caldeis · in voce exultacõnis annunciate · auditum facite hec · offerte illud vsq̃ ad extremum terre · et dicite redemit dñs populũ suũ iacob · Que quidem v̈ba ab omnibz exprimũtur ad litterã de redempcõne a babilonica captiuitate · non autẽ de redempcõne p messiã expectata · vnde non consonum est veritati lĩe q̃ auctoritas tua q̃ interpredentia ꝛ seqñtia ponitur exponatur de messia ꝛ redẽpcõne sua, put tu intẽdis · sed magis cõuemẽter exponenda ẽ de eadẽ redempcõne babilonica · ad quã annunciandã ysaias ibidez dicitur missus a deo cũ dr · dominus misit me · Que quidez annũciacõ fiebat a ꝓphetis p spm̃ ꝓphecie cum dei · ex quo dicit · et spũs eius · Et sic patet q̃ hec expositõ est magis cõsona lĩe · cũ conuenientius continuatur cum precedentibz ꝛ seqñtibz mõ predicto q̃ expositio tua.

¶ Paulus.

¶ Vt veritas expositõnis mee magis elucescat volo tibi exponẽ pdictã auctẽ p me allegatã cum pcedẽtibus ꝛ sequẽtibus seriose ad litteram · Ad cuius declaracõnem ꝓmittenduz est · q̃ in sacris eloquiis presertim prophecicis sepe fit trãsitus seu trãslacõ de vna materia ad aliã sibi simlẽ et specialiter cum vna sit figura alterius · vel habeat cum ea aliquam correspondentiam · sicut mẽbra ad caput ꝛ econtra · vñ ysaie

.xiiij. cum propheta loq̃retur de principe babilonis qui in tyrannica et superba potestate et casu horribili quodammodo assimilatur lucifero primo angelo de celo cadenti in tantũ q̃ censendus erat membrum eius. et ipsius figura. Idcirco in eodem contextu propheta de vno transit ad alium. ut patet in capitulo supradicto. Unde in proposito ysaias ꝓphetando de redempcõne populi israhelitici a captiuitate babilonica per Cyrum ab ipso deo ad hoc vocatum transit ad ꝓphetãdum de alia redempcõne longe digniori et remotiori in tempore que tunc fiẽda erat p messiã seu xp̃m. que quidem due redempcões licet in hoc conuenirẽt q̃ vtraq; fienda erat p dei potentiã que hostes populi sui opprimebat. similiter p dei misericordiã qua populo suo miserabatur. ꝓpter que transit propheta de vna ad aliam. In multis tamẽ hee redempcões inter se differebãt. et specialiter in hoc scilicet q̃ redemptio babilonica facta fuit virtute diuina p̃ Cyrum suum ministrum absq; miraculorum opacõne sed mũdo suo cursu naturali incedẽte. Redẽptio vero secunda q̃ p xp̃m erat fiẽda cum miraculis a deo supnaturaliter factis implẽda erat p totum. Quibus premissis littera sic videtur exponẽda ab illo loco in quo dicitur. Audi me iacob. et cetera. Ibi enim est quedã distinctõ capitularis in hebreo. vbi ꝓpha locuturus de p̃dictis duabꝰ redẽptionibꝰ q̃ in aliquo conuenerũt et tamẽ in multo magis differũt p̃mittit. audi me iacob ꝛc̃. ut ad attentionẽ excitet audiẽtes. Et sequitur. Ego ipse. vbi in hebreo legitur. ego sũ. ad denotandũ q̃ ipsius dei esse seu essentia p se subsistit et nullo modo ab alio dependet. Et sequitur. Ego p̃mus et ego nouissimus. ad denotandũ ipsius eternitatem q̃ omẽz̃ duracõnem temporis excedit. Et sequit̃. Manus quoq; mea fundauit terram et dextera mea mensa est celos. ad ostendendum q̃ mundus ẽ creatus ab ipso deo et a nullo alio. et mundi partes admodũ ab ipso deo sũt ꝓportionate. Et sequitur. Ego vocabo eos. In hebreo habetur. Ego voco eos et stabũt simul. ad denotandum q̃ gubernacõ mundi creati p ipsum deum est ab ipso deo creatore suo. Que quidem omnia supradicta propheta p̃mittit ad hoc ut ostendat q̃ liberatio populi dei a babilonica captiuitate de q̃ statiz erat locuturus futura erat scõm diuinam ordinationem qua ipse deus creauit

mundum et eum gubernat nullo mitterũ emittẽ miraculo supernaturaliter facto. Quod autem ista liberatio sit a deo predeterminata probat seu persuadet per hoc q deus liberacõnẽ per Cyrum futuram ante per prophetam predixit et nullus alius. Ex quo patet q sicut illa liberatio in sola dei prescientia existebat sic in sola eius potentia. vnde subdit. Congregamini omnes vos id est gentes omnes que diuersis y doloꝛum cultibꝰ subiacebant. Et sequitur. Audite quis de eis annunciauit hec q si diceret. hoc nullus annunciauit anteq̃ fieret nisi solus deus a cuius potentia ꝛ ordinacõne factum fuit. Et sequit. Dominus enim dilexit eum scilicet Cyrum quẽ ad dignitatẽ monarchicam promouit ut populum suum liberaret a captiuitate caldayca. vnde sequitur. Faciet voluntatem suã scilicet dei in babilonia puniendo caldeos et iudeos inde liberando. Et sequitur. Ego locutus sum et vocaui eum ꝛ directa est via eius. Ad ostendendum q tota prosperitas Cyri fuit a deo preuisa et intenta ut liberacõnem populi per ipsum iuxta diuinam ordinationẽ impleret. et hoc contra y dolatras qui huiusmodi prosperitatꝫ attribuebãt y dolis suis. vñ dicatur sẽ eodẽ capꝯo. Anteq̃ veniret indicaui tibi ne forte diceres. y dola mea fecerũt hec ꝛ sculptilia mea ꝛ flatilia mandauerũt ista q audisti. Et sequitur. Accedite ad me. ꝛ c. Circa quod attendendũ est q post q̃ ꝓpheta annũciauit liberacõem populi a caldeis per Cyrũ diuina vtute fiẽdam sine miraculoꝝ operacõne. nũc ab ea transit ad liberacõem q̃ tũc futura erat per xp̃m verum deum et hominẽ. Que quidẽ liberacõ. s. secũda facta fuit per ipsũ deũ redemptorẽ per maxima miracula a deo facta supernaturaliter. Et ideo sicut ysaias locuturus de prima redemptione q̃ non supra cursum naturalẽ facta est p̃misit magnalia q̃ deus fecit in mundi creacõne et gubernacõne que non supernaturaliter sed cursu naturali per potentiam dei infinitaꝫ facta fuerunt. sic propheta locuturus de secunda redemptione que per miracula supernaturaliter effecta est premisit de illis que a deo supernaturaliter facta fuerunt et specialiter circa gubernacõnem populi. quoꝝ miraculoꝝ numero fuit datio legis in monte synay in quo deus est locutus tãte multitudini publice ꝛ palam qõ in maximũ reputatur miraculum. vnde deutero. iiij. de hac materia sic legitur. Interroga

de diebꝰ antiquis qui fuerunt antē te ex die quo creauit deus hominem sup terram a summo celi vsq; ad summum eius · si facta est aliquando huiusmodi res aut vnq; cognitum ē ut audiret populus vocem dei loquentis de medio ignis sicut tu audisti · et de hoc dicit propheta · Accedite ad me et audite hec · quasi diceret · ea que locuturus sum maxima et a deo supnaturaliter facta sunt · vnde requirunt maiorē attentionem · sicut illa que homo audit a propinquo attentius intelligit · Non a principio in abscondito locutus sum · qđ oūiter exponitur tā a doctoribus nostris q; tuis de dacōne legis in monte syna · in qua totus populus audiebat vocē dñi loquentis · ut habetur exodi viceſimo · Et dicitur hec dacō legis fieri a principio · q; in illa incepit populus israheliticus deo applicari in peculiarē populum recipiēdo obediēter mādata sua · ut habetur exodi · xix · Que quidē ẏba nō possunt verificari de ysaia · nec de aliquo puro homine · sed de ipō deo qui legem dedit · et sic intelligunt etiā doctores tui · Et sequit̄ · Ex tempore antequā fierent ibi eram · vbi in hebreo habetur · a tēpore quo fiebat ego sū · qđ intelligitur de ipō deo q̄ loquēdo populo mō p̄dicto ibi erat · qđ non potest intelligi de ysaia qui nōdum erat natus nec anima eius creata ut iā ostēsum est · Et sequitur in eodē contextu et versu nulla differentia interposita · Et nunc misit me dominus et spiritus eius · quod non potest intelligi plane misi de quo continue et immediate propheta loquitur · scilicet de deo · Et sic habetur q; deus qui legem dedit in monte syna loquēdo populo non ab abscōdito postea missus est a deo et spiritu eius · qđ erat intentum · Et ut magis ostendat propheta q; verba predicta sunt verba dei a deo missi immediate subdit · Hec dicit dominus redemptor tuus scilicet deus ille qui missus est a deo et spiritu eius ad tuam redemptiōnem et sanctificacōnem · De quo dicit sanctus israhel · Ego dominus deus tuus docens te vtilia · quod intelligitur sic · Nam redemptor nō solū dedit precepta que sunt necessaria ad consequēdam beatitudinē · sed etiam consilia que ad hoc non sunt necessaria · sed tamē vtilia · in quantum p ea melius et expeditius homo possit cōsequi predictam beatitudinē · Gubernans te · In hebreo habetur ducens te in via qua ambules · q; gesta ipsius redemptoris ducatum p̄stant hominibꝰ ad hoc ut in hac vita que via

est dirigatur ad terminū beatitudinis. Et sequitur. Vtinam attendisses mandata mea et facta fuisset sicut flumen pax tua. Qō potest intelligi dupliciter. Uno modo referēdo hec verba ad hoc qō dixerat stati ante de centum talentis. quasi diceret et si deum de talia scilicet consilia que nō important necessitatem sed utilitatē in consequēdo expeditius beatitudinē. vtinā tū attendisses mādata mea scilicet precepta q̄ necessitatē important. quia hoc sufficisset tibi ad salutem p quam pax plenius habetur atq; perpetua de qua dicit. facta fuisset sicut flumē pax tua. Alio modo possunt exponi dicta verba. s. vtinā attendisses mandata mea. referēdo ea specialius ad pharisēos quibus xp̄us dedit duo mandata que si seruassent habuissent pacem temporalē et etiam spiritualē. Xp̄us enim interrogatus a pharisēis seu herodianis si liceret tributum dare cesari. respondit nō consulēdo sed potius precipiēdo. que sūt cesaris, date cesari que sunt dei date deo. Que quidem mandata non seruauerunt sed vtrūq; transgressi sūt. rebellarunt enī Rōno imperio. et sic non dederunt q̄ erant cesaris cesari. per quod amiserunt pacem tēporalē. quia venerūt romani et destruxerunt locum et gentem ut patet in hystoria Josephi de destructōne iherusalem et populi iudaici p Titum et Vespasianum. fuerūt etiam transgressi secundū mandatū. scilicet. q̄ sunt dei date deo. recedēdo a xp̄o tam in credēdis q̄ in agēdis. et sic amiserūt pacem internam et etiam supnā. vñ de prima pace subdit. Facta fuisset sicut flumen pax tua. q̄ pax tēporalis est trāsitoria sicut flumen. De secūda autē dicit. Et iustitia tua sicut gurgites maris. Justitia enim q̄ est p fidē xp̄i est iustitia supabundans sicut gurgites maris et etiam perpetua sicut gurgites maris non deficiūt. Habes igitur ex p̄dictis expositiōnem litteralem p̄dicte auctoritatis quam tibi allegaui. s. Dominus misit me. tē. in q̄ trinitas in ōibus exprimitur cum expressione tercie persone. s. spūs sancti. Que quidem expositio consona est precedentibus et sequētibus ut dictum est.

Saulus.

Audio expositiōnem tuam circa predictā auctoritatem ysaie. sed video q̄ expositio facit contra te. Dicis enī q̄ lex nostra q̄ data fuit in synay fuit data a filio dei quem tu deum vocas. vnde dicis q̄ de illo solo verificatur. non a principio

in abscondito locutus sū. Ex quo sequitur q̄ non fuit illa lex data a tota trinitate quam tu asseris in diuinis esse. et p oēs nō fuit data a deo qui creauit celū et terrā ꝛ qui eduxit israhel de egipto. Non enim dubito te ꝯcedē q̄ tota trinitas creauit mundū ꝛ eduxit israhel de egipto. Et sic si bñ consideras tua expositio tibiipsi contradicit.

¶ Paulus. ¶ Indubie concedo tibi q̄ sancta trinitas que est vnus deus creauit mundum. similiter et eduxit israhel de egipto et etiam legem dedit moysi. nam secundū veram fidem catholicam opa sancte trinitatis indiuisa sunt ab extra. Distinctō enim psonaꝝ in diuinis solum ē secūdū relacōes originis que ab intra tantummodo sunt. cum hoc tñ stat q̄ in sacra scp̄ra alīq̄ opa diuina appropriātur certis psonis. sicut illa q̄ ptinēt ad potētiaz appropriātur pī. et illa q̄ ad sapiētiā appropriātur filio. similiter q̄ ad bonitatē appropriātur spūi sancto. Et q̄ dicitur legis ptinet ad sapiētiaz ideo appropiatur filio. nō intelligēdo q̄ sit ꝓpriū filij sic q̄ nō sit comune toti trinitati. Differentia enim ē in hac materia inter appropiationē ꝛ ꝓpriū. Sz de istis ad presens nō est curandum circa te donec aliqualiter fis illuminatus in fide.

¶ Capitulum decimū quintū. In quo ostenditur per aliquas auctoritates q̄ spiritus sanctus est deus contra hebreos qui spiritum sanctum in scripturis contentum dicunt esse creaturam. Et specialiter exponitur ibi illud verbū geneſis primo Spiritus domini ferebatur super aquas.

¶ Saul⁹

Adhuc nō plene ꝓbas michi q̄ spūs sanctus sit deus. Nos enim bñ credimus spm̄ fem̄ ēe aliquid a deo creatum qđ ē quid sanctissimū. de quo psalmista. Spūm sanctū tuū ne auferas a me. Qui quidem spūs dominus loq̄tur in ꝓphetis. in ꝛta illud. ij. Regū. iij. capl'o. Spūs dei locutus ē in me. Sz q̄ iste spūs scūs sit verus deus minime credimus. nec auctoritates p te allegate hoc plene ostēdūt.

¶ Paulus.

¶ Exquo spiritū sanctū credis esse quē etiā credis fuisse locutum in prophetis, put auctoritates p te allegate hoc plene testantur. ex consequenti debuisses ipsum credere deū verum esse vel aliquam substantiam intellectualē sepatā a corpore

Sed non est dicēdum q̄ sit aliqua substātia intellcūalis creata sepata a corpe. q̄ sic essz aliquis angelus vel anima alicuius beati sed sepata. Sz nō primū q̄ nec sm pl̄os in quisitiones nec etiā sc̄m testimōia sacraꝝ scripturaꝝ habetur q̄ sit aliqua substātia intellcūalis creata sepata a corpore mi solum angeli. Nec secundū etiaz tu concedēs. Et sic remanet q̄ spūs sanctus de quo scriptura loquitur sit deus ꝓut aūctates p̄dicte p me allegate satis ostēdunt. Sz ad maiorē abundāti am adhuc ostēdam tibi auctoritates in quibꝰ ꝓcedē cogeris q̄ spūs sanctus est deus. per quas auctoritates plene ad litteram spiritui sancto attribuitur illud qō solius dei ē. Manifestum ē enim apud doctores nostros ꝛ etiam tuos q̄ solius dei est ēsse vbiq; p essentiā presentiā ꝛ potentiā. nam hec ꝓtiet ad infinitatē essentie et potentie diuine que nulli creature cō petit cum q̄libet creatura sit finita. Psalmista enim esse vbiq; attribuit spiritui tui dei qui est spiritus sanctus. vnde in psalmo qui incipit. Domine ꝓbasti me. dicit. Quo ibo a spiritu tuo ꝛ quo a facie tua fugiā. si ascendero in celuz tu illic es. ꝛc. Ex quo patet. q̄ spūs dei est vbiq; tanq̄ ipse deus. Similiter Job. xxxiij. legitur. Spūs dei fecit me ꝛ spiraculū oīpotētis vīificauit me. Constat autē q̄ facē hoīem ꝛ vīificare cū solius dei est. Doctores etiā tui antiqui de spū sancto q̄q; loqn tes ei attribuūt ea q̄ ad solū deum ptinēt.

Saulus.

Allega illos doctores nr̄os hoc dicentes.

Paulus.

In illo libro q̄ dr̄ bereschh rabba. q̄ est glo. mag̃ sup gen. p illud v̄bū. spūs dn̄i ferebatur sup aquas. q̄ritur. quid ē ille spūs dn̄i de quo dicitur. et spūs dei ferebatur sup aq̄s. et rn̄detur. hic ē spūs messie de quo in ysaia legitur. et requiescet sup eum spiritus domini spiritus sapiētie. et cetera. ysaie. xi. hec in glo. p̄dcā tā maiori q̄ minori. Itē in p̄dcā glo. gen. xlij legit Rabbi Symeō dicit. Quid ē illud qō legitur i psalmo. spū oris eius oīs v̄tus eoꝝ. hoc est. inspiraut deus sanctus ꝛ bn̄dictus spū oris sui ꝛ creatus est mundus. Ex quibus ꝛ multis similibus patet propositum.

Saulus.

Illa glosa quam allegas sup illud verbū. spūs domini ferebatur sup aquas. modicum facit ꝓ te. Possum enim rn̄dere.

q̄ spūs messie est anima eius. Sepe enim in scripturis ānima humana dr spūs. vnde zacharie. xij. Ego dominus formās spiritum hominis in medio eius. quod intelligitur de anima. Cōstat autem q̄ etiam secūm te anima xp̄i seu messie non ē deus. nec etiā illud quod dr spūs domini ferebatur sup aquas intelligendū est de ipō deo. tum q̄ cum deus sit omino immobilis nō potest verificari de ipō q̄ ferebatur. q̄ hoc importat motum. tū q̄ si p hoc quod dicitur hic spūs dei intelligatur ipse deus quē dicis esse terciā psonā in diuinis. inconuenies est q̄ in creacōe mūdi fiēt mētio de spiritu sancto quē dicis esse terciā psonā. et non de filio dei quē dicis esse secundā. Ad aūctez. secundaz quā allegas ipsius Rabi Symeon. nichil aliud occurrit dicendū nisi illud quod supra contra eam dixi. ad quā p te fuit responsum.

¶ Paulus.

¶ Concedo tibi q̄ anima xp̄i nō est deus. est anima humana q̄ creata fuit in eodem mstāti quo infusa fuit in corpe xp̄i humano sicut dictum est et ostēsum supra de alijs animabus humanis et non antea. et ideo de ipsa nō potest dici q̄ ferebatur sup aquas in exordio creacōnis mundi cū ptunc nondum fuisset in esse producta. Ad aliud vero quod obicis dicēs q̄ hoc dictum. ferebatur. non potest dici de deo ad quem nullo modo pertinet moueri. possem tamē tibi respōdere vno mō. q̄ licet verum est q̄ deus sit omnino immobilis. tamē sepe in scripturis de deo dicuntur aliqua verba quorum ꝓpria fignificata non possunt esse sine motu. ut cum dicitur. descendit deus sup montem synay. exodi. ix. Et in psalmo. Ascendit deus in iubilatione. et in multis alijs. Que quidem verba scilicet ascendere et descendere cum de deo dicantur non proprie sed methaphorice dicta intelliguntur. vnde et in proposito cum dicitur. spiritus dei ferebatur non debet intelligi q̄ ferebatur p motum localez. sed methaphorice scilicz q̄ spūs dei. i. spūs sanctus cui bonitas et amor appropriatur afficiebatur ad pficiendam pfectōnem aquaꝝ id ē omniū entiū productorū. Aque enim iuxta seriez littere illius capituli omnia entia corporalia in primordio producta continebant. Et licet predictorum verborū sententia hoc modo possit haberi. tamē alter magis proprie iuxta veritatem hebraicaz exponi possunt. Circa quod attendendū q̄ vbi nra trāslacō dicit. spūs

dñi ferebatur. In hebreo habetur quedā dictio q̄ sonat meraphephet. qđ in lingua nostra idez significat qđ incubare. in similitudinē volucris ouа suo calore animātis. Idem enim verbum ponitur deutero. penultimo ubi dicitur. Sicut aquila puocat ad volandū pullos suos et sup eos volitās. Ibi in hebreo habetur sup eos israhel. i. incubās. Cū in ꝓposito q̄ spūs sanctus vīificator oīm a pncipio dr de quo in psalmo. Emitte spm tuū r creabūtur. idcirco in rez exordio sic deo pri attribuitur ꝓductō rez de nō esse ad esse p creacōz. sic spūi scō attribuitur vīificacō rez. q̄ quidē vīificacō pt intelligi scōz motū primi mobilis. Nā motus ꝑm phm. vij. phisicoz ē vita rez naturaliū. Motus aūt pmi mobilis ē primus r pcipuus a q̄ omes motus regulātur r mēsurātur tanq̄ a pma oim motuū mēsura. q̄ quidē motus rerū naturaliū vīificatiuus ē a deo tāq̄ a pmo mouēte pncipalit creatus. vñ in pmordio creacōnis rez naturaliū de hꝫ po motu tāq̄ de vita rez naturalium fit mētio attribuēdo ipm motū deo in psona spūs sci cui appropriatū est vīificare ut dcm ē. Et ex ista expoicōe tollitur q̄dā admiracō que aīm non modicū pulsat quō scz inter pmo creata fit mētio de tpe cū dr. Factū est vesper r mane dies vnus. et de motu nulla videtur fieri mētio. Motus aūt est ꝑ oz tpe naturaliter. q̄ quidē admiracō tollitur p pdcām expoicōez. Nā ꝑm eā prius fit mētio de motu q̄ de tpe ut dictū est. Ad scōm vero qđ obicis otra expoicōnem sup illud vbū. spūs dñi ferebatur. dicēs q̄ in cōuenies esse dicē q̄ in creacōne mūdi fiēt mētio de spū scō q̄ est tercia psona in dnīs. et nō de pre qui est pma psona nec de filio qui ē secūda psona. ad hoc tibi rndeo. q̄ verū dicis in hꝫ. s. q̄ in cōuenies esse dicē q̄ in creacōne mūdi q̄ est primus et pncipalis effectus dīnitatis nō fiēt sufficiens mētio tacita vel expssa de distinctōne diuinaꝝ psonaꝝ. Sz si recte scrutatus fueris sensū pdcōꝝ vboꝝ. s. in pncipio creauit deꝰ r ē. usq; ibi. spūs dñi ferebatur sup aq̄s. inuenies q̄ fit mētio sufficiēs de tribꝰ psonis dīnis ipas innuēdo saltē sacīs scpturas rēer diligēter scrutāti. Ad cuius declacōez ꝑsupponē debes. q̄ ꝑm veritatē fidei nō solū nre sed etiā tue deus est cā oīm rez creataꝝ p suū intellectū et volūtatē. sicut artifex est causa artificiatoꝝ inuētoꝝ p ipm. dicit enī scpt̄ura. Omnia q̄cūq; voluit deus fecit. Velle aūt ꝑsupponit ognoscere. constat autē q̄ artifex p artem quā habet in suo intellectu concēptā r per

amorem siue volūtatis relatū seu applicatū ad suū opus, p ducēdū operatur. Ex q̄ vlterius ꝯsideranū est q̄ deus p̄ operatus ē oēm creaturā p suū v̄bū seu sapiaz ꝯceptā q̄ est filius. r p suū amorē q̄ ē spūs scūs. ita tn̄ q̄ nō intelligatur q̄ creaē sit p priū alicuius psone ōmetm̄. oia enī opa trinitatis ab ex sūt indiuisa ut s dcm̄ ē. Sz sic intelligēdo q̄ cālitas creacōis attribuitur psone p̄ris p modū efficiētis. et psone filij attribuitur p modū cāe exēplaris. Spūi vero sc̄o hmōi cālitas attribuit p modū amoris seu affcūs ad res creatas, pducēdas. Et ideo sacra scēptura recte innuit psonā p̄ris cui cālitas creacōis attribuitur p modū efficiētis cū dr. creauit deus celū r terrā. Innuit etiā psonā filij cui cālitas creacōis attribuit p modū cāe exēplaris cū dr. i pncipio. q̄ idē ē ac si diceret in v̄bo seu in sapiētia. put alibi in sacra scēptura inuenit et etiā quidā de magnis doctoribus tuis hoc sentiūt. Innuit etiā sacra scēptura psonā spūs sc̄i cui attribuitur cālitas creacōis p modū amoris seu volūtatis p ß q̄ dr. spūs dn̄i ferebatur sup aq̄s. ut s expositū ē. Ex q̄bus rēe ꝯsideratis repies q̄ sup, pcessiones psonarū in ōmis rōes, pductōis rez creatarū aliq̄d addūt mq̄ tū. s. includūt ēentialia attributa ōia scz potētiā q̄ appropriatur p̄ri. sc̄iam q̄ appropr̄atur filio. et volūtatē q̄ appropriatur spūi sc̄o ut p doctores nr̄os ista plenius elucidātur.

¶ Cap'm. xvj. in q̄ ostēditur q̄ p hoc q̄ dr. in pncipio creauit deus intelligēdū ē in sapia a deo ꝯcepta p quā mūdū deꝰ creauit. ¶ Saulus.

O stēde michi vn̄ habes ex sac̄ scēptura vel a doctoribus nr̄is. q̄ in hoc q̄ dr. in pncipio creauit deus. intelligat in filio vel v̄bo seu i sapia a deo ꝯcepta. Mirabile enī est oculis meis si hoc posses repire. ¶ Paul⁹. ¶ hoc q̄ q̄ris habes expresse in glosa Rabbi Moysi Gerūdēn. q̄ inter ceteros expositores tuos dr. inter vos magis ē eruditus i secretis ōmē legis. qui quidē Rabi Moyses sup illō v̄bū. in pncipio creauit deus celū. discipulo seu auditori suo sic loq̄tur. Si vis intelligē secretū huius dictōis bereschit. s. in pncipio ognoscere. q̄ sm̄ viā v̄itatis scēptura loquēs de inferioribus innuit in sublimibus. dictō enim bereschit. i. in pncipio innuit i sapia q̄ est pncipiū pncipioz. et ideo m trāslatōe ierosolimitana in loco vbi dr. bereschit seu in pncipio. hētur. in sapiētia

D.

hec ille. ex q̄ aūcte habes intētū meū supradcm̄. ¶ Saulus. ¶ Adhuc ex illa glo. Rabi moy. nō hētur q̄ illa sapia q̄ significat cū dr bereſich seu in p̄ncipio sit a deo ocepta sic ut distinguatur realiter ab ip̄o deo ocipiēte. ℔ eni req̄ritur ad ℔ q̄ this sapia dicatur v̄bū cōceptū seu filius gemit⁹ put tu ostēdē ꝑsumis. ¶ Paul⁹. ¶ Ille sapiētissimus salomō volēs de sapia a deo gemta aliq̄d loq̄ ad excitādū audientiū de tanta re attencōez in p̄sona ipius sapie sic p̄mittit. m. viij. c. pū. audite q̄ de rebꝰ magnis locutura sū. q̄ dicat. Ista q̄ dictura sū maxima sūt r auditu digna. fides eni est ex auditu. Doctores eni tui cū loquūtur de aliq̄ re q̄ a deo fuit eis vel p̄ribꝰ reuelata sp cōsueuerūt dicere. hoc habetur ex auditu seu ex ore auditus. vñ r sapiēs ꝓpe dicebat. audite. q. d. Ex auditu ista habētur nō ex inquisicōe. et sequit de rebꝰ magnis locutura sū. Et ꝑm aliā trāslacōez dic. audite q̄ p̄ncipalia loq̄r. P̄ncipia eni cuiuslibz scie q̄ sūt p̄ncipalia in ip̄a ꝑsupponūt tanq̄ vera ex tradicōne seu auditu altioris scie ut ꝓbus in posteriorib dic. et ideo p̄ncipia seu p̄ncipalia doctrinē diuine oportet q̄ ꝑsupponāt tāq̄ vera r ꝓbata ex auditu altioris scie. q̄ quidē scia est scia dōma p cuius reuelacōnē talia p̄ncipia bñtur. Cō seq̄nter ī. eodē caplo. sapia p̄ dicta quibusdaz interpositis q̄ ptinēt ad ꝑmēdacōnē ip̄ius doctis q̄ r q̄lia sūt hec p̄ncipalia seu magne res de quibꝰ locutura erat sic dicit. Deus possedit me in resich. i. in initio viaꝝ suaꝝ añq̄ q̄cq̄ faceret a p̄ncipio ab etno ordiata sūt ex antiq̄s anteq̄ terra fieret nō dū erāt abissi nec dū ego iā ocepta erā. necdū fontes aq̄rum eruperāt necdū montes mole gr̄i constiterāt. ante colles ego ꝑturiebar. adhuc terrā nō fecerat r flumina r cardines orbis terre. q̄n ꝑparabat celos aderā. q̄n certa lege r gyro vallabat abissos. r cū usq̄ ibi. Cū illo erā cūcta ꝯponēs. Ex quibꝰ dilig̃ēter ꝯsideratis habes manifeste q̄ aliq̄ sapia erat cū deo añ mūdi ostōnē. q̄ quidē sapia erat ocepta a deo nō creata seu fcā r erat cū deo cūcta ꝯponēs sc̄z oīa q̄ im ꝑmordio rer̄ fuerūt a deo creata. q̄ oīa fere in ꝑdcā aūcte tangūtur. Que quidē sapia añ mūdi ostōnē erat sp cū deo r a deo ocepta p quā deus fuit cūcta ꝯponēs non ꝑt esse nisi deus. alioq̄n seqūtur q̄ nō solus deus esset creator mūdi. ℨ illa sapia p quā mūdum creauit. et sic essent duo creatores mūdi. qđ nephas est apud te ficut r apud nos.

¶ Saulus. ¶ Anteq̄ aliquid dicā ꝺra hoc qđ asseris

de sapiētia a deo ꝺceptā volo tibi ostendere q trāslator tuus nō vere trāstulit quādā dictōnē in pdcā aūcte otentā in qua quidē dictōne magna vis tue rōms ofistit. vbi enī dicit trāslator tuus. cū illo erā cūcta cōponēs. in veritate hebrayca ꝺr. cū illo seu apud illū erā amon. hec aūt dictō amon ꝫ habeat multas interptacōnes. in nulla tñ signat cūcta ꝺponēs. vnde ex veritate lre nō habes ex pdcā aūcte q sapiētia illa quam dicis a deo esse ꝺceptā sit cū deo seu apud deū cūcta ꝺponens. Et sic dicēdū q illa sapiētia de q̄ sapiēs loq̄tur nō est deus. qđ tñ tu ex hac aūctate pncipaliter psumebas ꝓbare.

Paul⁹. Verū dicis q ista dictō amō in hebrayco multas hꝫ interptacōes. ꝫ doctores tui in hoc loco istā dictōz interptatiōnē sūt oformit ad trāslacōnē nrāz. vñ in glo. sup gen. q̄ ꝺr. bereschh rabba sup illud vbū. in pncipio creauit deus. volentes exponē istā dictōnē. in pncipio. quod in hebraico dicit in reschh ꝺcoꝺāt istā dictōnē reschh cū illa alia dictōe omino simili q̄ ponitur cū pdcā aūcte. pū. p me allegata. ubi ꝺr. dns possedit me in reschh. i. in pncipio viaꝝ suaꝝ. in eodē loco allegāt vbū sup dcm. s. erā apud eū amō. Et ibidē istā dictōnē amō multi interptātes finaliter sic dicūt. amon ē artifex. lex enī dei dicēbat. Ego fui instrumētuz artis dei sancti. bñdicti in via seculi. Rex enī carnalis edificās palacia nō edificat ea misi habeat exēplaria. descripcōnes ut sciat quō facturus ē cameras. cubicula seu cellaria. sic etiā deus sanctus. bñdictꝰ respiciēs in lege creauit seculū. vnde et lex dicit bereschh. id ē in principio creauit deus. non aūt ē reschh pncipiuz misi lex ut dcm ē. pū. viij. Dns possedit me reschh. i. principium vie sue. hec in glosa. Ex q̄ habes manifeste q amon signat artifex seu artificiū artis vel artē. Et hoc manifeste cōcoꝺat cū trāslacōne nra q̄ dicit. cū illo erā cūcta ꝺponēs. Per artem enī artifex cūcta ꝺponit. hoc etiā explicauerūt ꝑ exemplū de rege edificāte ut in sua expoſicōne pdicta ꝺtinetur. et sic ē manifestū q ſm doctores tuos sapiētia pdicta a deo cōcepta ante mūdi ostōnē est illa ꝑ quā munduz deus creauit. sicut artifex ꝑ artem suū artificiatū ꝓducit. Saulus. Verū est q sic nī doctores exponūt. ſz hāc sapiam dicūt esse legē dei. qđ ꝺbz intelligi de lege mosaica. non aūt de sapiētia quā tu dicis esse deū. Paul⁹. In disputacōibꝫ ꝺyaleticis seu in iudicijs atentiosis aliter disputantiū seu otendētiū ꝑ t accipe

ex dictis sūt aduersarij illud quod p se facit relicto alio qđ non facit pro se. p̄ptim cū illud relictū sit manifeste falsuz. vñ in ꝓposito ex p̄dcā aūcte tibi ostēdo. q̄ ꝑm doctores tuos verū est. q̄ amon in ebr̄ loco sīgt artē seu artificiū qđ facit. p mer. p trāslacōem nr̄a. Sz q̄ vlterius dicūt q̄ illa ars seu artificiū ē lex. s. mosaica ut tu asseris. hoc est nō solū falsū ꝫ ridiculosū z forte absurdū dicē. tū q̄ lex mosaica nūq̄ legitur esse anteq̄ fuisset data in mōte synay. nec etiā tpe p̄triarchaꝝ. tū q̄ supfluuz etiā esset illā esse aī mūdi ostōnē quādo nullus homo erat q̄ eā intelligēt seu obseruaret. De pluuia enim legitur genē. ij. sed nō enim pluerat dñs sup terrā eo q̄ nō erat homo q̄ operaretur terram. vñ a filī seu a fortiori nullo mō est credēdū q̄ lex fuisset ꝑducta qñ hō nō duz erat in mūdo. tū q̄ si lex illa p quā deus fecisset mundū fuisset aliq̄d extra deū exns seq̄retur q̄ deus minus pfecte ꝑduceret mundū q̄ aliq̄s artifex producit suū artificiatū. qđ est nō solū falsū ꝫ absurdū. oītia p̄z ex hoc. q̄ artifex producit suū artificiatū p artem sibi intrinsecā. deus vero ꝑm tuā posicōnē produxisset mūdū p artē sibi extrinsecā. qđ derogat pfectōi creacōis reꝝ a deo fcē. q̄ deus ꝑm hoc indigu isset adiutore exteriori ad creationē mundi.

¶ Caplm. xvij. in q̄ ponūtur q̄dam obiectōnes iudeoꝝ contra veritatē gn̄a cōis quā fides catholica p fitet esse in dīmis. q̄ quidē obiectōes soluūtur. in cuius fine declatur q̄ in p̄nti tractatu vbi solū agitur de scrutinio sc̄pturaꝝ nō est tractādū de oībz difficultatibz q̄ ad hoc misteriū p tinēt.

¶ Saulus.

EXposicō tua circa p̄dcām aūctē. p̄ū. nullo modo cōsonat racōi. Rō enī sapīa dīna p quā deus fecit mūdū fit a deo gemita sic ut a deo gn̄ante realit distinguatur nullo mō ꝑt a rōe tolerari. gn̄atr enī ut tu sup dixisti in. vij. c. ea q̄ a deo dicūtur nō sūt intelligēda ꝑm modū infimaꝝ creaturaꝝ q̄ sūt corpa. ꝫ ꝑm similitudinē creaturaꝝ q̄ sūt intellcūales sbe. et sic q̄ generatio in dīmis intelligenda est ꝑm emanacōez intelligibilē. prout vbū intelligibile a proferēte seu a dicēte distinguit. que quidē emanacō non tranſit in exteriorē materiā ꝫ intra manet. adhuc scōm istā tuā declaracōez nullo modo dicendū est q̄ in dīmis sit gn̄atio. nec p consequns generans z genitus seu p̄r z filius. In homine enī et in angelo

in quibus est aliqua emanatio intelligibilis ꝺm quã ẽ in eis intelligẽs et intellectũ. nõ tñ in hoie seu in angelo ꝺr esse gñatio sic ꝙ intelligẽs ꝓr dicatur illud qꝺ intelligitur filius. ergo nec in diuinis rõne ꝓdicte emanacõis intelligẽdũ ẽ esse gñationẽ ꝺm quã ibi dicatur esse ꝓr filius. Jtẽ de rõne gemiti ẽ ut accipiat esse a gñante. et sic oportꝫ ꝙ gemitũ habeat esse receptũ ꝓ oñs ꝙ non sit ꝑ se subsistẽs. quod repugnat perfectõi diuine cuius esse ẽ ꝑ se subsistẽs. Ex quibꝰ sequitur ꝙ nullius gemiti esse sit deus.

// Paulus.

Verũ est ꝑut tibi dixi ꝙ gñatio in diuinis non ẽ intelligẽda ꝺm filitudinẽ gñacõis rei ꝛ tpalũ ſ ꝺm filitudinẽ emanacõis intellectualiũ rei. Sꝫ circa hꝰ attẽdẽ debes ꝙ nulla res creata tm deo assimilatur quin inter talẽ rẽ et deum sit maior dissimilitudo q̃ sit ista similitudo accepta a rebus. iuxta illud ysaie. xl. capitulo. Cui ergo similẽ fecistis deum. ⁊c. Cuius ratio est. nam ꝑfectio diuina est infinita. ꝑfectio autem creature cuiuscunq; finita est. inter finitum autem et infinitum non est dãda proportio. vnde cum ex ꝑfectõe alicuius creature que quidem ꝑfectõ finita est similitudinẽ accipimus ad diuinam ꝑfectõem q̃ est infinita. oportet ꝙ semp remaneat maior dissimilitudo. Ex quo vlterius sequitur ꝙ ex qua cũq; similitudine a rebus creatis in deo accepta oportet amouere a deo omnes imꝑfectões q̃ in huiusmodi ꝑfectõne rei create intelligũtur seu includũtur. vbi gratia. dicimus in deo esse sciaz seu sapiẽtiam quam nullo modo intelligeremus nisi ꝑ aliquã similitudinẽ sapiẽtie create. cum cognicõ nostra a sensibilibus seu a rebus creatis sit accepta. Sed constat ꝙ sapientia creata angelica seu humana est quoddam accidens in ipso sapiente. quod nullo modo deo competit. cui nullum accidens inesse seu competere potest. quicquid enim in deo ẽ deus ẽ. Et ideo cũ attribuimus deo sapiaz vel dicim9 ꝙ in deo ẽ sapia oportet ꝙ intelligam9 eã esse nõ eo mõ quo in creaturis in quibꝰ ẽ ꝑ modũ accidẽtis. ſ eo mõ quo deo cõpetit. ſ. sapia ꝑ se subsistẽs. vnde in ꝓposito licẽt in õnibus dicamus esse vbũ seu sapiẽtiã q̃, ꝓcedit a dicẽte ad modũ siue similitudinẽ nostri vbi intelligibilis quod in nobis ꝓcedit ꝺm intelligibilẽ operacõnẽ. non tñ hec filitudo ẽ omnimoda. deficit enim a ꝑfectõne emanationis vbi õnia in multis. et specialiter in hoc ꝙ verbum in

nobis ꝓcedēs ſcm̄ intelligibilē opacōz nō eſt eiuſdē nature cū eo a quo ꝓcedit. et iō illud qđ intelligitur in nob̄ ſeu a nobis nō dr eſſe filius. de rōne enim filij eſt q̄ ſit eiuſdē nature cū pre. Intelligere autē diuinū eſt ipſa ſba intelligētis qđ nō dubito te ocedē. vñ v̄bū in diuinis ꝓcedēs ꝓcedit ut ſb̄ſiſtēs eiuſdē nature cū illo a quo ꝓcedit. qua rōne ꝓprie dicitur genitū z filius. vñ in aūctate allegata de diuina ſapiētia ſcp̄tura vtitur dictōibz q̄ ad gn̄ationē viuentiū ptinēt. ſ. ocepcōe ut cū dicit. et ego ocepta eram. filr z ad partū. ut cū dicit. ego pariebar. In intellectū aūt nr̄o vtimur noīe ocepcōis ſcm̄ q̄ m nr̄o intellectū inuenitur aliquid de nouo ap̄hendū. nō autez vtimur noīe filiacōis cū nō ſit ibi ydēptitas nature ſz intelligētis z intellecti. Ad ſecūdū vero qđ obicis dicēs q̄ ſi in deo eſſz aliq̄d genitū illud eſſz receptū tibi rñdeo. q̄ nō oīe acceptū eſt receptū in aliq̄ ſubiecto. tota enim ſb̄a rei create accipit eſſe a deo. nō tñ hz aliqđ ſubiectū receptiuū. vñ genitus in diuinis accepit eſſe a gn̄ante nō tñ illud eſſe eſt receptū in aliq̄ materia ſeu ſubiecto. hoc enim repugnaret ſubſiſtētie in diuinis. vñ filius in diuinis inquātuz ꝓcedit ab alio hz eſſe diuinū nō q̄ſi aliud ab eſſe diuino exñs. In ipa enim pfectōe diuina cōtinetur q̄ ſit et v̄bū intelligibiliter ꝓcedēs z p̄ncipiuz v̄bi fiē quecunq; ad eius pfectōnē ptinēt. Et attēde. q̄ ſm intētionem huius tractatus p̄ncipaliter intendē debemus circa ſcrutinium ſcp̄turaꝝ ꝓputī ꝓlogo dcm̄ fuit. de quo iā circa hoc miſteriū ſatis habuimus. Nō autē ſcrutari debemus maieſtatez. et ideo ſupſedeamus ab argūntacōibz q̄ in hac materia fiūt ſeu fieri p̄nt. de quibz doctores nr̄i multa alta ſeu ꝓfunda tractāt tā circa relationes origīnis q̄ in diuinis dñr. q̄ circa ꝓſonales ꝓpietates z nocōnes z hmōi ad amouēdas quaſcunq; hēticas impugnacōnes q̄ in hūs oſueuerūt fieri. De iſtis enim cū incepit te ſūmus illuminator cordiū lumine fidei aliqualiter illuminare poteris ad tui informa cōem vlterius ꝓcedē. Nunc aūt ad noſtrū ſcrutiniū ſcz ſcripturaꝝ circa alia q̄ reſtant ꝓcedendum eſt.

Distinctio decima de scrutinio scripturaꝝ circa misteriū ōnitatis xp̄i et otinet ix capla.

¶ In primo capło ꝓponit ꝙ ex hoc ꝙ fidēs catholica ꝓfitetur xp̄m esse verū deum et verū hominē nō derogat ōnie pfectōi.

¶ In scdo capło ostēditur p aūctē psalmiste in p̄s. Quare fremuerūt gētes ⁊c. ꝙ xp̄s ē deus ⁊ homo.

¶ In capło iij ostēditur idez p aūctatē psalmiste in psalmo Deus iudiciū tuū regi da ⁊c.

¶ In quarto capło ostēditur idem p auctoritatem psalmiste in psalmo. Eructauit.

¶ In v capło ostēditur idē p aūctē ysaie in x capło.

¶ In capło vi ostēditur idē p aūctē Jeremie xxiij.

¶ In capło vij ostēditur idē p visionē factā ezechieli in primo capło sue prophetie et per visionem factam danieli in capitulo quarto.

¶ In viij capitulo ostēditur idem p auctoritatez ꝓphetaruꝫ michee v et zacharie xij.

¶ In capło ix ostēditur idem p dcā antiquoꝝ talmudistaꝝ. Et in eodem imponit prime ptis huius tractatus finis.

¶ Capl'm p̄mū in quo ꝓponitur ꝙ ex hoc ꝙ fidēs catholica ꝓfitetur xp̄m esse verū deū ⁊ hoīez nō derogat ōnie pfectōi.

¶ Saulus.

Quicquid sit de p̄missis adhuc video ꝙ xp̄s tuus manifeste fuit locutus extra excelsū. Docuit enī p se vel p suos discipulos extra diuinā simplicitatē ⁊ quasi contra oēz diuinā pfectōnē et ideo ꝓpe de ipo debet intelligi illō danielis vij capło de comu paruulo qui locuturus erat cōtra excelsum prout tibi supra dixi.

¶ Paulꝰ.

¶ Die michi obsecro vbi inuenisti ꝙ magister meꝰ xp̄s vel ip̄ius discipuli talia extra deū excelsū fuissent locuti. Nō enim credo ꝙ talia possis repire in doctrina sua vel suoꝝ.

¶ Saulus. ¶ Manifestum ē nec tu ut credo negabis ꝙ magister tuus vel eius discipuli ip̄ius noīe docuerūt ⁊ publicē otinuē p dicāt ꝙ ip̄e tuus messias est verus deus ⁊ verus homo. Et osequēter de ipso deo etiam asserunt ꝙ fuit tēporaliter natus ex muliere cū tñ deus nunꝯ esse incepit testātū

psalmista. A seculo et usq; in seculū tu es deus. et in multis alijs locis. Asserūt etiam ipm deum fuisse crucifixum mortuū et sepultum ꝛ cetera hmōdi. Quid ergo magis contra deum excelsū dici possz q̄ q̄ sit vel fuit passibilis. cū tū deus sit oīmo immortalis ꝛ immutabilis. dicēte scriptura. Ego deus et non mutor. malachie. iij. capo. Quō enim pati possz q̄ mutari nō possz. Quid enim absurdius otra deū excelsuz dici possz q̄ q̄ fuit mortuus. de quo scriptura dicit. Tu autem ego meternum. ꝛ c. Certe ꝛ si scripture de hijs tacuissent ipi phi pagani maxime otra hoc insurgerēt. qui ex solo rōms dictamine p bāt verū deū quē cognoscūt esse primā cām mūdi ꝛ oīmo esse incorporeū ꝛ immūtabilē sz sūme simplicē. sm quos oīa p dcā p ꝛ tuos asserta ludibria reputarētur seu deliramēta.

¶ Paulus.

